BIBLIOTHECA
SCRIPTORUM MEDII RECENTISQUE AEVORUM
SERIES NOVA
REDIGIT ANTONIUS PIRNÁT

SIMON PROXENUS A SUDETIS

# COMMENTARII DE ITINERE FRANCOGALLICO

EDIDIT
DANA MARTÍNKOVÁ

AKADÉMIAI KIADÓ, BUDAPEST

SIMON PROXENUS A SUDETIS

# COMMENTARII DE ITINERE FRANCOGALLICO

EDIDIT

DANA MARTÍNKOVÁ

(Bibliotheca Scriptorum Medii Recentisque Aevorum. Series Nova. Tomus V.)

C'est en première édition que paraît le journal tenu par l'éminent humaniste de Bohème, Simon Proxenus lors de son voyage en France. Accompagnant un jeune aristocrate tchèque, le comte Iulius Schlik, Proxenus s'est rendu en 1563 dans la capitale française où il a suivi d'un œil attentif l'intense activité spirituelle et politique. Ceci fait de son journal de voyage un précieux document sur l'époque, qui peut fournir des informations intéressantes et nouvelles aux spécialistes de l'histoire de la civilisation française, tout aussi bien qu'aux chercheurs se penchant sur l'histoire des peuples d'Europe centrale.

AKADÉMIAI KIADÓ
BUDAPEST

SIMON PROXENUS A SUDETIS

# COMMENTARII DE ITINERE FRANCOGALLICO

BIBLIOTHECA SCRIPTORUM MEDII RECENTISQUE AEVORUM

CONDITA A LADISLAO JUHÁSZ

SERIES NOVA

TOMUS V

CONSILIUM EDITORUM

ST. BORZSÁK, I. HORVÁTH, T. KLANICZAY, L. MEZEY, G. SZÉKELY

REDIGIT

ANTONIUS PIRNÁT

INSTITUTUM LITTERARUM
ACADEMIAE SCIENTIARUM HUNGARICAE
SECTIO LITTERARUM RENASCENTIUM

SIMON PROXENUS A SUDETIS

# COMMENTARII DE ITINERE FRANCOGALLICO

EDIDIT

DANA MARTÍNKOVÁ

AKADÉMIAI KIADÓ, BUDAPEST 1979

Jq. kot

114 866

MTA KÖNYVTÁR ... BUDAPEST

ISBN 963 05 1843 0

© *Akadémiai Kiadó, Budapest 1978 Dana Martínková*

HU ISSN 0133—6711

Printed in Hungary

# CONSPECTUS MATERIAE


| | |
|---|---|
| Praefatio | 7 |
| Commentarii de itinere Francogallico | 13 |
| Annotationes | 113 |
| Index nominum | 117 |

# PRAEFATIO

Simon Proxenus, proprio nomine Wirt, anno 1532 natus esse videtur. Patriam habuit Budvicium, oppidum Bohemiae ad meridiem vergentis, quod vernacula lingua České Budějovice appellatur. Proxeni pater, cerevisiae coctor et civis memorati oppidi, natione Germanus erat, matrem origine Bohemam fuisse arbitramur. Simon filius post iacta sub Christophoro Hecyro in patria litterarum fundamenta in academiis Germanicis bonas artes discebat. Rostockii anno 1552 nomen professus est, Francoforti ad Oderam magistri dignitatem obtinuit, Vitebergae Philippi Melanchthonis gratiam sibi conciliavit. Anno 1556 Pragam reversus et universitatis Carolinae professor pronuntiatus philologiam, philosophiam, artes mathematicas docuit ludumque praeterea privatum habebat. Anno 1563 nobilitatis insignia et titulum a Sudetis accepit. Neque tamen iuvenes studiosos docendo senescere voluit, sed iuris discendi gratia annis 1562—1566 apud exteras gentes commorabatur, Lovanium, Antverpium, Duacum, Lutetiam Parisiorum adiit, tandem Aureliani anno 1564 licentiatus, anno 1566 doctor utriusque iuris salutatus est. Eodem anno per Italiam, ut videtur, Pragam remeavit, ubi Mariannam Kropacziam, post obitum Ioannis, locupletis pannificis Pragensis, relictam filiam, in matrimonium duxit, quo ex coniugio, prout ex ipsius testamento comperimus, infelici nullos liberos suscepit.

Anno 1567 in Vetere Urbe Pragensi, ubi domum emit, civis factus et consiliarii etiam ad appellationes dignitate auctus causam imperatoris egit, cum eodem anno legatos regni Poloniae, ut lis ob fines ducatus Glogoviensis orta componeretur, allocutus est, et cum sex annis post unus e statuum Bohemorum oratoribus, quibus Ladislaus senior a Lobkowicz praefuit, Ernestum, Maximiliani II. filium, proceribus Poloniae regem eligendum commendabat. Quominus rei publicae negotia ulterius promoveret, morte impeditus est, quam 7. die Decembris anno 1575 obiit. Vivus a domesticis et exteris ob eruditionem, modestiam, probitatem celebratus ne mortuus quidem memoria doctorum hominum penitus excidit; neque mirum, cum inter eruditissimos vergentis 16. saeculi Bohemos numerari possit.

Opera prosa et versibus composita reliquit. Carminum argumenta exemplo Germanorum auctorum euangelii veritatem amplectentium e bibliis plerumque petebat (Allegoria petrae deserti percussae a Moise, Vitebergae 1554; Epistola Ionathae ad Davidem, Vitebergae 1555; Psalmus XXXVII, Vitebergae 1555; Psalmus II, Vitebergae 1556) neque tamen materiam e historia Bohemica sumptam asperna-

batur (Ducum et regum Bohemiae series usque ad Carolum Quartum imperatorem descripta carmine, Vitebergae 1556). Restant gratulationes et consolationes versibus inclusae et ea carmina, quae operibus aliorum auctorum inseruit. Studiorum in universitate et in re publica ab eo consumptorum monumenta prosa elucubrata sunt, ut scripta publice proposita ad lectionem Hesiodi, elementorum dialectices, primi libri Euclidis invitantia et oratio Varsaviae anno 1573 habita. Annis 1558—1562 Pragensis academiae nomine Kalendaria etiam vulgabat.

Pretiosissimum litterarum monumentum commentarii eius diurni appellari possunt. Qui quoniam intra parietes premendi erant, mores auctoris et opiniones, quas de re publica et de bonarum artium studiis habebat quasque operibus in lucem prodituris non credidisset, satis clare dilucideque ostendunt. Exarati sunt annis 1563—1564 a Proxeno iterum apud exteras gentes commorante, Iulii comitis a Schlik, qui erat Ioachimi filius, tunc paedagogo. Quod onus tempore procedente ingravescens Proxenus ea de causa sustinebat, quod sumptu parentum Iulii peregrinans ipse etiam iure erudiri poterat, ad quod discendum academiae Batavorum et Francogallorum maxime erant idoneae. Paucis igitur comitibus, qui erant praeter Zdenkoslaum Brosch, baccalaureum et Iulii praeceptorem, etiam duo pueri, quorum alter fuit Bohemus, alter Germanus nomine Kwark, Ernesti de Zhan filius, Lovanium primo et Antverpium abiit, unde in academiam Duacensem discessit. Quae universitas ad Romanam fidem contra reformatae religionis assertores tutandam brevi ante condita iuvenes studiosos diligenter eligebat. Quare non satis mirari possumus Proxenum, moderatum illum quidem in religione exercenda, sed tamen euangelicae veritatis studiosum, necnon eius comites, qui cum eo in fide consentiebant, in hac academia nomen esse professos; nisi forte Proxenus Iohannem Ramum amicum Lovanio Duacum secedentem secutus esse videatur.

Commentarii iter Duaco Lutetiam factum, mansionem Parisiis, apparatus itineris Aurelianensis describentes nonnisi pars maioris operis erant. Commentarios itineris Batavi deperditos esse valde dolemus, cum eos testimonio ipsius auctoris edocti accuratiores, quam servata commentariorum pars, fuisse sciamus.

Proxeni opus tunc exstitit, cum Francogallia gravibus ob religionem discordiis vexabatur. Bellum anno 1563 foedere Ambosiae icto finitum vera pax non est secuta gliscentibus etiamtum seditionibus et fama malos nuntios quotidie in peius exaggerante. In commentariis Proxeni memoria virorum, qui in re publica versantes Calvini doctrinam aut sequebantur, aut impugnabant, necnon tacitorum inquieti illius temporis testium, qui nunc oblivionis tenebris premuntur, quodam modo reviviscit. Quae cum ita sint, in narratione vitae cotidianae ab ipso auctore inter gravissimas et turbulentissimas res actae singularem quandam operis virtutem et praestantiam consistere quivis nobis concedet.

Schlikiorum quoque historiam, quae gens apud Bohemos clara nobilitatis tamen titulos et insignia a possessionibus suis Hungaricis iam inde a saeculo 15. ducebat, hoc opere, quod lectoribus proponitur, non mediocriter esse illustratam omnibus facile probabimus.

Commentarii a Proxeno, cuius litterulae difficilius legi possunt, in charta magnitudinis 27×22,5 cm modesto operculo membranaceo inclusa exarati Brunae in Bibliotheca universitatis, quo ex bibliotheca Nicolspurgensi Dietrichsteiniana translati sunt, „Mk 68", in nostro apparatu critico littera „**p**" signantur. Foliorum numeri parum sibi constant: Sex folia in initio non numerantur, quorum primum versus Ovidii Amorum 1,15,39—40; 2,2,9—10; 1,2,10; 2,2,24; 1,4,45; 2,17,9 con-

tinet, reliqua quinque vacua sunt. Commentarios ipsos inscriptione carentes in foliis 1r—178r conspicimus. Sequuntur sex folia, quorum quinque numeris 179—183 signata sunt, unum, quod est proximum ultimo, numero caret. In versa pagina postremi folii 183 numerati (quod tamen numero 184 signandum erat) hae notae Proxeni manu scriptae leguntur: Georgius Sigismundus Seldius, rerum imperii Romani procancellarius. Iacobus Omphalius, doctor iuris, civis Coloniensis, de descriptione politiarum Coloniae impressum. Eius filius Bernhardus domino comiti a Salm in loco famuli servit.

Variam et mutabilem scribendi normam ae/e, oe/e, ti/ci non retinemus, sed eam orthographiam in his sequimur, quae in edendis antiquae Latinitatis libris servanda est, cum tamen duplices et singulas litteras auctoris more scribamus: Thaddaeus, Thadaeus. Dierum, quos Proxenus non numeravit aut a proximo die solis vel festo computabat, numeros ab ineunte mense ordientes uncis acutis ⟨ ⟩ inclusos supplemus. Verba Germanica et Francogallica immutata ex codice describimus.

Hoc opus auspicantes magnam gratiam Doctori Vladislao Dokoupil, librorum manu scriptorum in Bibliotheca universitatis Brunensis custodi, habendam esse fatemur, quippe qui nos non solum codicis, quia difficulter legi poterat, diu neglecti monuerit, sed etiam ipsum, quo diligentius examinari posset, benevolentissime in usus nostros commodarit.

# COMMENTARII DE ITINERE FRANCOGALLICO

## ⟨I.⟩

1, 2 Σὺν θεῷ. Et esset continuatio cum superioribus, quae manuscripto libro in folio 1r
3 continentur. Quaedam de successibus et nostro itinere hic annotavi, non tamen ea praecisione, qua reliqua, tum quia Iulius mihi sanctam astrinxerat fidem de corrigendis moribus et diligentia in literis, tum quod iam fere callum obduxerint ple-
4 raque. Adde, quod dum me gravioribus studiis destinaverim, anxietatis et dolorum cotem a libris quam longissime abesse volui.

XXVIII. Iulii sub diluculum eramus quasi in ipso itinere, sed quia lotrix, cui vestes lineae erant, ut abluerentur, traditae, domo aberat et conclave eius occlusum,
6 rogati fuimus differre in horam. Interea ad nostras aedes confluxere Georgius Desiderius baro, comes a Salmis cum praeceptore, Quardt et Timannus cum plerisque aliis, pharmacopaea cum filia, cum quibus // ad ientaculum consedimus. 1v
Vinum non potuimus habere bonum, quamcunque tandem ingrederemur viam aut quocunque mitteremus.

8 Ego saepius assurgendo a mensa tum reliqua curavi, tum ad doctorem Ramum diverti, ut illi valedicerem et nostram supellectilem commendarem. Praebuit se, ut saepe alias, longe humanissimum et quam doluerit nostrum discessum, facile apparebat.

10 Domum reversus Andreae relinquebam tres solidos, ut per aurigam curaret post nostrum discessum vasculum arca occlusa in aedes doctoris Rami transvehi.
11 Sed ut hic extaret memoriale rerum mearum, quae pridie per Zdencoslaum meo vasi incluseram, catalogum breviter huc referri libuit. Sunt autem primo loco impositi libri: Plato Graecus, Plato Latinus, ius canonicum in tribus voluminibus in quarto, // Ephemerides Iohannis Baptistae Crellii, liturgia missae cum ethicis 2r
articulis, Politica Graece Aristotelis, imago effigiei, Astrologia Valentini Nabod, Cometographia Antonii Mizaldi, annotationes doctoris Rami manuscriptae, Demosthenes Graece — 2 volumina, idem Latine — 2 volumina, Gregorii Turonici Historia Latine, De verbis anomalis, Magister sententiarum, Grammatica Clenardi, Cornelii Taciti Annales, Dionis Latine versi partes duae in membrana, Macrobius, Homeri duae partes in membrana, Magia naturalis Iohannis Baptistae, tragoediae Gregorii Holonii, Dionysius Halicarnasaeus in 16, imperato-

8 nostram **p** nostrum
10 Andreae **p** Andrea

rum Romanorum vitae, duo libelli in 16, // ordinationes ecclesiasticae Francisci 2v
Primi, Appianus Latine in 16, Paedia Cyri in 16, Pauli Iovii 3 libri in 16, les vises antiques in 16, orationes Isocratis mihi a Magistro Paulo donatae, 4 partes cantionum Hecyri, textus iuris in 9 voluminibus in membrana; decimam partem, quae continet duos titulos, alterum de regulis iuris, alterum de rerum et verborum significatione etc. assumsi. Q. Curtius in 16, Reisbuch sampt den Registern in Pergamen, in folio, cuius fit mentio sub initium huius libri, liber narrationum a me scriptarum, annotationes in iure, manu mea scriptae, bicinia, tricinia, chartae
14 motetarum, Andria Terentii Gallice, literae, orationes scriptae. // Varia: 4 stro- 3r
phiola mihi a domina missa, zwei sinklein von dem silberen beschlag des Iulii wehr,
15 duo sclopeta. Hierein sein auch geschlagen des Graffen Iulii betten, alsnemlich oberbett, vnterbett, ein kiß vnd ein pful sampt zweien, si bene recordor, kleinen henbtzuchten (darzu ein alte dek), dan sie nich mehr waren mit zunemen vnd Iulius willens sie jemandem anderen zwschenken, hat darwegen mir die selben
16 zugeeignet vnd gegeben. Doch so mein gnädige Fraw daran nicht sein wolt, solten sie keines wegs vorhalten sein. Nur allein damit mein geringes gerättlen in meinen abwesen oder sonder meinen willen nicht werden zerrissen, aber das fass
18 auffgemacht. In arcam, quam Lovanii emeramus, imposui tabulas Europae, Flan-
19 driae et Brabantiae, duo genera fistularum thecis inclusarum et citharam. // De 3v
supellectile comitis haec sunt a Zdencoslao imposita: thorax sericeus niger von Schwarcz Atlas, thorax sericeus fulvus, geel, thorax sericeus ruber zw Lowen gemacht, schwarzsamet Koler, tunica damascena nigra, item ein Braun Atles wameß. //

Paulo post horam nonam femina, quae erat soror lotricis, cum una adhuc altera 4r
adferebat lineas vestes ablutas, sed valde negligenter, deerant aliquot strophiola
21 et unum mantile. Quare cum pretium exigeret viginti duorum stinerorum, Andreae reliqui unum florenum, ut eum solveret lotrici rediturae, si prius mantile obtulerit.
22 Hinc omnia in currum deportata, auriga iussus equos adducere, quod ubi factum, hospitibus valediximus et qui aderant ex vicinis, pecuniis etiam honorariis distributis, ut habetur annotatum in expensorum libellis, iter ingressi sumus.
23 Ego pedes exibam urbe cum Hermanno, comitis a Salm praeceptore, Timanno et
24 reliquis. Comes cum barone, Quadio et quibusdam aliis conscenderunt currum et cum ventum esset ad forum, induxerant aurigam, ut deflectens in forum currum
25 per gyrum duceret, idque ter. Verum semel tantum hoc praestiterat // atque sic 4v
26 per portam nos secutus est. Neque qui erant in curru descenderant prius, quam ventum esset ad pagum Lampert, in quo ante paucos dies divertebant nobiles
27 vasalli comitis a Salm redeuntes ex militia Galliae. Ibi adhuc propter valete iussum fuit dari vinum, quod quia melius erat, quam quod undiquaque emebatur in urbe et iam discedendum esset penitus, valde strenue ab omnibus bibitum est prae-
28 gustatis quibusdam placentulis pro more eius patriae. Sub finem comes a Salmis necnon baro a Fraunhoffen coeperunt omnibus notitiae symbola pro anteriori parte thoracis incidere neque quisquam erat, qui non bene potus vel in urbem
29 rediret vel currum conscenderet. Perreximus // tandem Deo sic adiuvante et 5r

12 Pauli **p** Paulii / quae **p** qui
*Fol. 3r in marg.:* Auff die letzt hat Andres des Ionae Lexicon in zwei teil mit ins fas gepekt.
21 Andreae **p** Andrea
28 symbola **p** symbolas

volente, et continuo itinere post confecta octo miliaria, quas leucas appellant,
Papamen venimus, ubi in introitu portae quidam excubantium militum, vino ple-
30 nus, ad currum assiliit quaerens, quinam essemus. Sed cum eum ebrium videre-
mus, iussus est auriga pergere, ille currui adhaerere, minas serere, ego indignari,
31 bombardam nudare et apprehendere. Interea accurrebant alii, qui modestiores
eum a curru abstrahebant atque sic usque in hospitium perreximus, ubi illico qui-
dam propius accedens ad currum adserebat se a locumtenente missum, ut inquire-
ret, num qua nobis sit illata iniuria, hoc delinquentem nequaquam laturum in-
32 ultum. Iulius incepit commemorare quaedam de importunitate ebrii militis in por-
ta, ad quod inquilinus quidam eius hospitii, in quod diverteramus, a cheval d'or,
ipse quoque ebrius coepit // ira commoveri necnon illico addere: Si quis militibus 5v
sit adversus, non potest hic habere locum, donec tandem hospes moderatissimus
omnium eum quoque a curru dimoveret.

33 Post exoneratum currum rogavimus hospitem nobiscum prodire atque urbis
34 situm commonstrare. Ille nos recta deduxit ad arcem, inde cum capitaneus ab-
esset, locumtenens ad nos egressus est et non longe cum Iulio progressus in arcem
35 rediit. Referebat enim se in absentia capitanei nullam habere potestatem commonstrandarum munitionum.

36 Est autem urbs intra moenia pago persimilis, parva neque a cultis hominibus
inhabitata, ut quae in frontispicio collocata saepius sustinuerit hostium impetus,
quin et incendia, unde neque adhuc hodie omnium aedium aedificia recuperata.
37 Hic autem // est ille locus, ubi laudatissimus capitaneorum Simau, cuius cum 6r
depictam imaginem nobis hospes commonstrasset, iudicavimus ego et Zdencoslaus
eum retulisse Mathiam Ornium, senatorem Pragensem.

38 In hospitio cum mensae assideremus coenaturi, nihil praeter vinum rubrum et
39 album et panes nobis apponebatur, nobis omnibus famelicis. Ibi coepimus primum
experiri penitus consuetudinem hospitiorum Gallicorum in quibusdam locis.
40 Iubebatur hospita dare, quae haberet de eduliis, at cum referret se nihil habere,
41 ova protulit, quae iussus erat Zdencoslaus coquere et praeparare. Hinc in popi-
nam missum, unde carnes assae atque elixae erant allatae neque unquam hospes,
42 licet saepius vocatus, ad mensam venit. Cubilium erat magna commoditas.
43 Mihi vero tunc quoque guttur propter inflammationem pariebat dolorem. //
44 ⟨29.⟩ Sequenti die post quintam matutinam eadem porta, qua ingressi eramus, 6v
45 discessimus versus meridiem. Erat dies serena et calida, solum planum et fertile at-
que post confecta quatuor miliaria mediocria nec nimium parva Peronam perveni-
mus per distantiam valde exiguam.

46 Extra urbem in colliculo monasterium est virginum valde dives, ut referebatur,
verum illud quoque aliqua ex parte, ut ex intervallo videre licuit, destructum.
47, 48 Situs urbis est in valle et ipsa urbe amoenior. Hanc dicitur ante paucos annos
princeps Auraniensis obsedisse, quin nobis signa ostendebantur in antiqua turre,
quae est in foro, sed procul ab aedibus nostri hospitii, quae bombardicos ictus
49 denotabant. Divertimus ad intersignium cervi, veneramus autem in urbem hora X.

50 Ibi ego et comes emebamus nobis pileos, quorum frequentissimus usus est per
Galliam, // ut exterorum suspicionem in nostris personis nonnihil diminueremus. 7r

51 Peracto prandio perlustravi urbem, quae et ipsa angusta est et parva, domibus
52 obsoletis. Amoenum est praecipue, quod ad meridionalem plagam non procul
a quodam sacello scaturiginem habet bene latam et magnam, unde rivulus me-
53 diocri tractu in fluvium defluit. Moenia bis conscenderam et toties inclamatus

iussus eram illinc discedere, quod solus essem et peregrini hominis habitum prae
me ferrem.
54 Verum est urbs a parte meridionali, qua respicit Galliam, latissima palude
cincta neque patet solidi seu aridae spatium amplius, quam quod publicae viae
55 sufficit. Templum est ibi s. Forcaei, sedes plurium canonicorum, ipsumque augus-
56 tum satis et amoenum. Sacerdotum magna copia, quorum si quos compelles, raro
incideris in eum, cui sine difficultate Latine possis colloqui. //
Post duodecimam horam perreximus solo undiquaque plano et longe fertilis-
simo per 7 miliaria atque circiter horam secundam venimus in Roye oppidulum,
quod ante annos tres, ut ferebatur, ab equitibus, qui a nigro habitu nomen habent,
fuit exustum.
58 Exiguum est admodum, ea parte, qua Franciam respicit, suburbium est, in quo
est solenne templum, et eo fere modo, quo Perona, paludibus cinctum; et quidem
haec pars permansit ab incendio illaesa.
59 Divertimus ad intersignium cervi, ubi hospita honesta erat matrona et ad officia
hospitalitatis longe promtissima.
60 Perlustravimus ego et Iulius oppidulum, verum nihil laude vel admiratione
61 dignum offendimus. Mulieres deformes, incultae, aedificia nondum reaedificata et
ad exilem habitum comparata. //
62 ⟨30.⟩ Mane sequentis diei rursus amoenissimis tempestate et sole vecti fuimus 8r
celeri cursu per sex miliaria ad oppidulum, quod pago persimile est, Gournay,
63 illud quoque exustum atque arx desolata. Divertimus extra portam ad tres stan-
64 neos cantharos. Mihi permolestum erat iam undique carere cerevisia neque vero
vinum, quantumvis aqua dilueretur, mihi fuit commodo.
65 Hinc iterum confectis quinque miliaribus ad geminum pontem super fluvium...
66 confectum pervenimus. Atque ibi primum fuit initium foetoris, qualis est colluvies
67 in urbe Parisiensi. Exigua statione habita ad currum fuit allatum vinum cum
panibus, quibus praelibatis aurigae refectionem sumserunt atque inde perreximus.
68 Ubi vix oppidulum eramus egressi, ad collem arenosum, qui erat initium syl-
69 vae // s. Lodovici, pervenimus atque omnes ex curru descendimus. Hinc iterum 8v
conscenso curru duo miliaria per meram sylvam et frutices vecti sumus. Neque
71 toto itinere ferebant aurigae loca esse periculosiora. In initio sylvae ad latus dextrum
72 dicebatur lupanar haberi, ad quod complurimi divertant. Sed non fuit nobis
visum.
73 In urbem in colle repositam sub crepusculum venimus atque ad intersignium
74 angeli divertimus. Sunt ibi angustissimae plateae, ut vix currui transitus pateat
nec scire possum, quomodo currus obvii sibi cedere possint.
75 ⟨31.⟩ Ultima Iulii post absoluta quinque miliaria in oppidulum Lophert veni-
76 mus atque hospitio ad imaginem coronati aurei usi sumus. Erat locus hospitii
amoenus et hospita excipiendis hospitibus // adsueta. 9r
Ibi quia tribus saltem adhuc miliaribus abfuimus Parisiis, uterque auriga pluri-
78 mum indulserat genio bibendo vino. Ipseque, qui erat currus et equorum dominus,
sic instituto Iulii circumventus, ut quoties peteret aquam pro diluendo vino, illi

58 cinctum **p** cincta
62 sole **p** solis
65 quinque **p** *corr. ex* duobus
*Fol. 8v in marg.:* Sylva vectum

79 album vinum idque satis forte affunderetur. Hanc circumventionem cum illi sub
80 finem significasset Iulius, valde risit. Sed circiter horam primam hospitio disces-
81 simus atque non longe post hilaritatis poenas dedimus. Nanque contendebant
inter se aurigae atque ad pugnam alter ex curru, alter vero ex equo desilierant.
82 Quin et servus iterum paulo post ex equo deciderat nobisque metum incusserat,
83 ne quid damni incurreret. Ut plane doluerim, quod permiserim eos tantum bibisse,
neque sim habiturus pro more in posterum aurigas invitare ad crapulam, dum
adhuc aliquod diei iter residuum est. //

84 Tandem (Dei clementi beneficio) sub horam secundam Lutetiam Parisiorum 9v
pervenimus, urbem, quod vere passim de ea commemoratur, populosam et lutosam,
atque ad hospitium, quod nobis prius Ionas Mathiasch per literas nominaverat,
per duos baiulos, quos crustienes vocant, sub intersignio argentei leonis in via
Iacobaea deducti sumus.

85 Ibi cum omnia nostra de curru essent deportata, iussus est auriga de mane
sequentis diei ad nos redire, quare ille in hospitium ad characterem vulpis, non
procul a ferrea cruce aut rubro equo, ut opinor, discessit.

86 Ego et Iulius illico sciscitati fuimus de Iona, quem offenderamus in sua habi-
87 tatione domus de Albiat, e regione collegii Navarrici. Advolavit illico et Iacobus,
88 quorum utrumque nobiscum assumsimus // in nostrum hospitium. Inde illico 10r
89 urgebat Iulius abitionem in pallatium, ut ibi emeret cingulum. Sub crepusculum
90 reversi in hospitium coenae nos dedimus. Fuitque cerevisia pro octo solidis allata,
sed quae nequaquam vel Duacensi conferri possit.

91 Coenam hilares transegimus, ea finita comes cum Iona in vicinum cubiculum
secessit, dum per me iuberetur redire ad suum cubile, voluit Ionam in eodem cubi-
culo secum dormire et puerum Kwark. Ego cum prius dixissem Zdencoslao:
„Confabulabimur Germanice et si puer omnia intelliget, maneat ibi puer Bohe-
94 mus". Quare mandavi Kwarkium in nostro cubiculo dormire. Ibi Iulius puerum
Bohemum semel atque iterum suo conclavi expellere, ad quod ego iratus: „So
mus er darinnen bleiben!" Iulius contumaciter contra: „Ich wil in nicht haben".
96 Tandem ipse ingressus sum, quod Iulius indigne ferens in indignas // voces erupit 10v
atque in vicinum cubiculum secessit, ubi cum praeceptore de utriusque nostrum
morositate expostulavit. Fuitque tunc nescio qua petulantia tinctus, ut nec ab-
stineret, quin nos ebrietatis insimularet.

98 Finis Iulii. //

## ⟨II.⟩

1 Augustus. 11r

I. Postquam de lecto surrexi, ivi ad comitem de Öberstein, quem una cum Loë
3 et licentiato, suo praeceptore, habui in angusta platea obviam. Rogavi licentiatum,
ut nobis esset conviva in prandio.

4 A prandio ivimus lustratum hospitia venimusque eum in locum, quem P. Ramus
antea per Andream Wechelum Ionae commonstrarat, sed cum audiremus ex
hospite, quanti nos vellet alere, distulimus conventionem, dum secundo rediremus.

5 Interea nos licentiatus in suas aedes ad comitem abduxit suadens, ut totum hoc
6 negotium in crastinum differremus. Cives enim de consueto diebus feriatis pro

85 characterem p charactarem

deambulationibus vacare et non fieri citra suspicionem adulteratae religionis diebus
7 festis quaerere transactiones. Quare apud comitem ab Öberstein, quo etiam venerant Iohannes Eyl et Theodorus Rosfeld et Schinkeius, consedimus in con//mes- 11v
satione, ut esset primus aditus Iulio ad familiaritatem comitis ab Öberstein et reliquorum.

8 Coepit ibi statim Iulius se insinuare in amicitiam N. Eyl necnon aliquid constituere de ablutione corporis in Sequana, quod postea apparuit.

9 In coena soli consedimus et mihi hesternae iniuriae memoria tam alte insederat
10 animo, ut nec interrogatis Iulii possem placide respondere. Ibi ille se dare ad lenitatem et modestiam, ut rogaret omnium offensarum, si quae essent, veniam et promitteret summam reverentiam et oboedientiam simulque rogaret, ut sibi non essem
11 offensus, idque verbis humanis et permodestis. Ad quae ego: „Honesta est haec
12 tua oratio, si animus ab ea non est alienus. Oro, ut te Deus regat et iuvet in po-
13 sterum. Equidem // tibi condono offensas, verum rogo, ut mihi pareas in poste- 12r
rum, praecipue cum me videas variis illisque gravibus curis et solicitudinibus dis-
14 tentum". Quod se facturum obnixe promisit.

15 II. Lustravimus aliquod hospitia, sed alibi recusabant in convictu nos alere, alibi angustiae nos deterruerunt, donec tandem non procul a Franciscanorum monasterio incideramus in aedes, ipsas equidem longe convenientissimas, quarum cum abesset dominus, ipsa hospita respondebat se cum marito collocuturam de pretio.

16 Quare illuc a prandio reversi sumus cum licentiato, advocato, Adolpho et Iona atque ipsa nobis per licentiatum sciscitantibus respondit, quod sit nos honeste
17 et liberaliter alitura sexcentis coronatis annuis. Nos ne nihil pacisceremur, obtulimus trecentos, hinc quinquaginta ulterius, verum noluit matrona, quae elegans
18 erat et iuvenis, quidquam de suo remittere. Quare re infecta inde discessimus. //
19 Inde progressi sumus alio incidimusque monstratore Adolpho in aedes N. 12v
20 Gaigne. Atque cum omnino opus esset hospitio sine magna mora, ex eo pretium
21 quaesivimus, quod ille dixit trecentorum coronatorum. Hinc cum per licentiatum iuberetur ad praecisionem descendere, 280 constituit, infra quod non posset nos
22 recipere. Dixi negotium hoc me relaturum ad praeceptorem, qui erat relictus in
23 hospitio, et reliquos amicos atque redituros nos hora quarta. Quare cum in diversorium reversi essemus, existimabam fore, ut patiatur adhuc defalcari decem coro-
24 natos. Nihilominus tamen vidimus adhuc unas aedes e regione hospitii comitis
25 ab Öberstein. Quae quia erant nimis angustae, prioribus coepimus acquiescere.
26 Quarta itaque reversi sumus atque summam 270 coronatorum obtulimus, sed
27 noluit quidquam de suo remittere. Quare in integrum numerum, quem hospes dixerat, consensimus // et cum diceret se non esse instructum pro coena, 13r
28 prandium sequentis diei indiximus. Arrham illi dedimus quatuor philippicos et
29 totidem coronatos aureos. Ad coenam in hospitium reversi sumus.

30, 31 III. Mane immigravimus. Prandio interfuerunt comes ab Öberstein, Bertramus
32 de Loē una cum licentiato. Pomeridiano tempore rem domesticam curavimus.

33, 34 IIII. Literas ab Andrea accepi. Egoque paulatim corripiebar morbo, qui de die me inusitato languore molestabat, noctem vero supra modum fastidiosam
35 efficiebat. Quare illico in magnum dolorem et metum fui coniectus, tum quod dispendium temporis aestimarem, tum etiam, ne periculosius quidpiam mihi

35 coniectus **p** coniectum

36 accideret. Guttur exasperabatur in dies et vini bibitio, qua recreationis loco utebar,
37 malum subinde auxit. Oro aeternum Deum propter meritum et passionem sui
filii, domini nostri Iesu Christi, ut me tandem clementer // respiciat et bene pro- 13v
meritam iram mitiget, ne mihi omne tempus absentiae inutiliter pereat elabatur-
38 que. Siquidem iam inde ab initio anni fere nunquam fuerim firma aut integra
valetudine, quin etiam metu periculorum animo nescio magis impedito an vero
averso a studiis, quorum gratia praecipue hoc iter tanquam meae vitae coronidem
39 susceperam. Adiuva nos, domine, Deus salutaris noster!
40 V. Coepi scribendis versibus operam animumque addicere, ut aliquo honorario
41 patronis et amicis benevolentiae memoriam refricarem. Reges etiam atque duces
42 Bohemiae carmine describendos meditari. O princeps Deus, clementer aspira
nostris desideriis, ne sinas hoc, quicquid superest ad meae vitae curriculum, per-
43 petuo angoribus, metu et calamitatibus exasperari. Fac sim organon verae laudis //
44 de te et piorum hominum. Da veniam nostris lapsibus, extingue iram tuam, ut 14r
exardescat in me miserum et afflictum peccatorem tua ingens et infinita misericordia,
per et propter meritum passionis et mortis filii tui, domini nostri Iesu Christi.
45 Amen atque iterum amen.
46 VIII. Iulium deduximus ad comitem ab Öberstein, ubi cum praelibassemus
ientaculum, iunctim ad palaestritam, hinc templa progressi sumus.
47 In templo divae Virginis licentiatus commemoravit in vicino hospitali expendi
annue octodecim millia librarum in telam pro defunctorum cadaveribus invol-
vendis et horum pleraque similia magna, imo maxima, me hercle, admiratione
dignissima.
49 A prandio domi nos continuimus. Circiter tempus coenae venit Ionas petens sibi
mutuo dari, quod sibi deesset ad pretium menstruum hospiti pro victu numeran-
dum. Quare dedi illi mutuo sex // ducatos Noviomagenses, quos se redditurum 14v
mihi promisit, ubi primum fuerit pecunia Antverpiensis allata per Andream
Lekesch transmittenda.
51 Hoc statim die Iulio coepit displicere hospitium, quare etiam non sine importu-
52 nitate rogavit me prospicere de alio hospitio. Id esse nimis angustum, deesse
53 loquendi occasiones. Denique se incisurum in morbum aliquem, si fuerit diu ibi-
54 dem commorandum. Equidem aegre hoc tuli, cum quod recens immigrassemus, tum
etiam quod multis domibus perlustratis harum similes non invenerimus, denique
55 quod inconstantiae suspicionem apud alios metuerem. Licet ego valde incommode
habitaverim, quod supra dextrorsumque strepitus columborum essent continui
et habitatio transitum faceret toti familiae, quoties vel columbis pabulum esset
56 proiiciendum vel necessaria ex vicino cubiculo essent promenda. // Quare spem 15r
illi feceram, quod sim daturus operam, sicubi commodius possimus habere diver-
sorium. Cuius tamen rei mihi omnino non erat animus.
58 IX. Libellos emi apud Adolphum, hinc Wechelum domi suae quaesivi, verum
non offendi, denique lectiones in iure concomitante Iona audivi, equidem eas,
59 quae meo palato non multum arriderent. Hic cum Iulius iterum instaret de mu-
60 tando hospitio, monui eum patientiae et silentii. Ad quod ipse se non posse dissimu-
lare, quod esset sui commodi, cum videat me hoc negligentius facere neque serio
61 dispicere. Quod cum prius refutassem, cum quod non plures habeam notos in urbe

50 *ante* allata p *del.* fuerit

Parisiensi quam ille, tum quod eos ipsos proximis diebus super hoc ipso negotio
habuerimus sollicitos et occupatos, donec has ipsas incoleremus aedes.
62 Iterum monui eum, ne vel in posterum petulantius quidpiam attentaret, quin
potius animi con//tumaciam remitteret, ut finis quam cetera existeret placidior 15v
63 atque propterea laudabilior. Atque ea occasione subiunxi: „Ne fallaris existimans
fortassis, quod ego ad huiusmodi servitium sim aliqua necessitate alligatus.
64 Saepius te monui, quod si tibi mea institutio et officia cordi essent eaque amares,
ne meum animum tua petulantia abs te averteres, quod ipsum existimo apud te
65 assiduitate vilescere. Nunc ut rem extra iocum penitus intelligas, scito mihi cum
tuo patre conventionem intercessisse in hunc modum, ut nisi generosus dominus
te forte domum retraxerit intra semestre, ego ad praesentem condicionem sim
obligatus spatio biennii, nimirum, ut non sine gravibus et urgentibus causis ea
66 discedam ante dictum terminum. Quare ne tu aliquam indignationem incurreres
apud parentes, multa, quod tute scis, saepe pa//tienter tuli, quin et parentibus 16r
67 animum addidi et spem auxi de tuis moribus atque studiis. Sed quod non omnia
cesserint ad meam vel parentum voluntatem aut expectationem, meam doleo infeli-
68 citatem. In me tamen eius rei nec caussam nec ullam fuisse cessationem, tu mihi
69 testis eris et mea conscientia. Nunc, quia terminus biennii in propinquo est, omnino
hac me condicione, Deo sic volente, exolvam, quia cum annis iam sim factus
grandior et non exiguam spem apud meos sustineam, necesse est, ut maiori liber-
70, 71 tate studiis incumbam. Haec sparta mihi saepe est impedimento. Neque vero animo
aut moribus sum eiusmodi, ut aeque cito ac commoveor acceptam iniuriam vel
72 indignationem animo evomam. Si annis aliquot retro sim iunior, minori studiorum
73 atque aetatis detrimento isthaec munia obire possem. Quod attinet ad illustres
74 tuos parentes, spero, quod me ultra pacti fidem non sint detenturi ulterius. Est
autem tota haec // conventio schedis incisoriis, quarum alteram ego, alteram 16v
75 illustris dominus pater habet, comprehensa. Haec te nescire nolui."
76 Ad quae cum ille nonnihil conticuisset, rogavit postea, ut cum meo, tum suo
commodo servirem in procurando hospitio, cuius capacitas esset amplior et
77 linguae Gallicae addiscendae uberior occasio. Denique rogabat sibi hoc concedi,
78 se bene sperare, quod sit aliquod praestiturus. Hoc non difficile impetravit.
79 Quare extemplo habuit accersitum Adolphum, cui ut postea ad me relatum
erat, nominatim iniunxit, ut sciscitaretur, an ea vidua, quae habitat e regione, vellet
80 quospiam suscipere. Exoptabat autem ibi habitare, quod haberet filiam natu
81 grandem, musicae bene peritam. At rediit sequenti die Adolphus referens, quod
82 nunquam habuerit animum alendorum commensalium. Atque sic eius consilium
cecidit in irritum. //
83, 84, 85 ⟨10.⟩ In die Laurentii. Iterum instituit de conducendo hospitio commodiori. Ego 17r
ei proposui aedes, quas P. Ramus iusserat per Wechelum nobis demonstrare,
tunc iterum alteras, ubi habitaret Ionas, nunquam existimans fore, ut harum alteras
86 vellet inhabitare. Quare a prandio cum Iona domum ingressus atque habitationes
87 lustravit. Domum reversus significavit sibi placere domum, se rogare, ut fiat cum
hospite conventio.
88, 89 XI. Ipse cum Iulio visum habitationes prodii. Sed cum abesset hospes, distuli
90 pactionem in sequentem diem. Hoc ubi sic actum esset, Iulius promissum exigebat,
nimirum duos philippicos taleros pro honorario coemendo hospitae Duacensi.
91 Hos cum illi dedissem ipseque de sua pecunia adhuc unum haberet reliquum, cum
Zdencoslao in palatium progressus emit duos annulos, par cultrorum pretio

quasi gemino, ut mecum ipse postea voverim me nunquam eum sine mea praesen-
tia dimissurum mercatum. //
92 XII. Hoc quoque die mane veni in hospitium Ionae pacturus cum hospite de vic- 17v
tus et hospitii pretio, sed quia tunc aberat, rogavi eum per Ionam a prandio suae
93 domi adesse. Ionae quoque in mandatis dederam de habitationibus bene et rite
exornandis.
94 Quare a prandio una cum Zdencoslao illuc veni et pacti sumus cum hospite
Sebastiano Denys in habitatione Ionae, idque in praesentia eiusdem, de ducentis
et septuaginta coronatis annuis in comitem, me, Zdencoslaum et duos pueros.
Transacta pactione hospes nos deduxit in suum conclave, ubi panem, pyra et vi-
num nobis apposuerat, quin et suae coniugi honorarium aliquod condixit.
96 In reditu ego et Zdencoslaus de collegio Sorbonistarum sumus sciscitati illudque
visimus, ubi famulus significabat cras hora septima futuram disputationem veluti
semper ex consueto feriarum sexta. //
98 XIII. Audivi tandem Sorbonistas disputantes. Sedet respondens pro primo 18r
99 loco. Illi primus omnium prior, qui ad dextram pro subsellio assidet, unum et
alterum argumentum proponit et simul thematum explicationem demandat.
100 Ad quae assurgens respondens cum honorifica appellatione: Clarissimi, doctissimi,
dignissimi etc. prioris ad argumenta respondet, postea praemissa protestatione ad
ecclesiam Romanam, academiam Parisiensem et Sorbonistarum collegium tan-
quam matrem de eo, si quid inter dicendum exciderit, quod sit diversum ab his
101 omnibus, pro habendo irrito, themata ordine exponit. Hinc iterum prior, prius
levioribus, hinc gravioribus argumentis themata impugnat, postea quidam mona-
chorum, qui assident.
102 Erat autem protunc disputatio de natura Christi, cum humana, tum divina,
praesentia Christi in sacramento et eo prorsus modo, quo fides Romana isthaec
103 solet defendere. Taedio affectus post horam nonam inde discessi. //
104 A prandio Iulius cum Zdencoslao et Iona dimissus est ad comitem ab Öberstein, 18v
inde cum expatiaremur, tandem ventum ad sphaeristerium Andreae Wechel, ubi
comes Iulius ludendo tres solidos pro pilis amisit.
106 In reditu fuit magna altercatio inter Zdencoslaum et Iulium. Conquestus est
apud me statim ac domum rediit Iulius de Zdencoslao, hic contra magna animi con-
107 tentione usus. Sed monui utrumque modestiae atque quiescere iussi, idque prop-
ter meam imbecillitatem et fortunae adversitatem in commutandis hospitiis, ne
108 quam ipsi nobis facesseremus deformitatem. Atque sic ad meam habitationem
redii, ubi cum Iona de quibusdam eram collocutus eumque postea dimisi.
109 XIIII. Wechelum semel atque iterum suae domi quaesivi, sed non inveni.
110 Statueram eos invitare ad diem sequentem, sed referebat // Iulius obnixe admo- 19r
dum petere Iohannem Eyl et Theodorum Rosfeld, ut sibi sit conviva ad diem
crastinum.
111 Sub ipsum vesperum reversus sum ad Wechelum eumque coenantem offendi
112 una cum Huberto Langueto. Feci aditum ad amicitiam utriusque et rogavi, ut ad
113 diem Martis uterque velit esse conviva domino comiti in novo hospitio. De libris
etiam significavi asservandis usque ad illud tempus.
115 XV. Assumtionis Mariae. Mane postquam domo exivimus, Ionam quaesivi-
mus, qui cum domo abesset, ad flumen expatiati sumus, donec esset tempus

100 appellatione p appelletatione

116 prandii. In reditu, quia erat nobis transeundum ad aedes hospitii I. Eyl, statim
117 assumsit comitem et nos omnes. Ego, ubi ventum esset ad summam contignatio-
nem, in qua erat habitatio utriusque, Iohannis Eyl et Rosfeld, mandavi Zdencoslao
118 et Kwarkio mansionem. Ego me cum puero Bohemo seduxeram, quia // metue- 19v
119 bam bibitiones, quibus plurimum indulserant. Miserunt post me puerum Kwar-
kium, verum iussi eum abnegare meam praesentiam.

120 Circiter vespertinas preces reversi sunt bene poti, quin et puer Kwark ad mag-
nam deformitatem biberat, quod quidem me pessime omnium habuerat.

121 XVI. In prandio erat nobiscum Adolphus, ut nimirum eo uterer interprete
ad hospitem, quare amotis mensis et secedentibus reliquis ego in praesentia Zden-
coslai per Adolphum reddidi rationem debiti ipsi hospiti atque continuo pecuniam
122 debitam numeravi. Hinc gratias egi, quod nos humaniter receperit et pro pacta
pecunia aluerit, deinde petii, ne aegre ferat, quod aliud hospitium conduxerimus,
suas enim aedes esse nimis angustas pro exercitiis chorearum et palae//strae, 20r
quibus erit comes adhibendus, et familia, quam habiturus est copiosiorem.
123 Testatus denique nobis eius amicitiam et hospitalitatem fuisse longe gratissimam,
si quid sit, quod eum de nobis moleste habuerit, ut amicitiae condonet.

124 Acceptavit ille rationem et pecuniam significans se nulla in parte defuturum
nostro commodo, quin et si comiti et nobis absentibus quidpiam, quod gratum sit,
125 praestare poterit, seriam se daturum operam. Sic ei protunc significavimus nos
adhuc coenaturos secum, verum cras summo mane migraturos.

126 Iulius comes, ut est iuvenilis ardoris impotens, mirum in modum contendebat
adhuc eo die, idque statim mane, emigrare, verum hoc apud me impetrari ne-
quaquam sum passus, verum quaedam pars suppellectilis eo statim die a prandio
in novum hospitium fuit transportata, quin et Iulius suum musaeum eo vespere
127 adornavit. Meos libros apud Ionam reliqui. //

128 XVII. Admodum mane Iulius in novum hospitium se contulit cum reliquis. 20v
129 Ego domi praestolabar, dum omnia transportarentur, tandem ipse quoque secutus
sum.

130 Eo ipso quoque die parabat ⟨Wechel⟩ abitionem ad nondinas Francfordenses,
quare eidem tradidi literas scriptas ad Danielem Mathiasch et Thaddaeum necnon
meum parentem, quibus superinduxeram literas inscriptas domino Iohanni Kutor-
ten, quibus petii, ut literarum alteras domino Thaddaeo traderet, alteras in aedes
Briccii Cantopaei transmitteret.

131 Cum iam venirem in novum hospitium, ibi incidi in eum, sicut et in Fredericum
132 Resner Hessum, quibuscum una ientavimus. Ientaculo absoluto ego et Zdencoslaus
in prius hospitium reversi sumus, ut valediceremus hospitibus et famulabus hono-
rarium daremus 12 solidos. //

133 Ad prandium convenerunt Andreas Wechel et Hubertus Languetus, qui est 21r
134 loco legati ab Augusto, electore Saxoniae. Fuerat autem hospiti commendatum, ut
135 ex popina quidpiam coemeret, unde hospites honoratius possint accipi. Simul etiam
136 ad mensam fuit vocatus Iacobus Welsen. Reliquum diei spatium rei domesticae
potissimum fuit traditum, et cum Andreas Wechelus significaret se vel die Saturni
vel ad summum Lunae ingressurum iter, iussus est Iulius ad suos parentes literas
conficere et scribere.

137 XVIII. Allati sunt libri, Iulio quinque partes Livii, item chartaceus, mihi Cor-
pus iuris item in quinque partibus cum duobus libellis chartaceis, per ministrum
Andreae Wechel.

138 XIX. Iterum hortatus sum Iulium, ut diligenter cogitaret de literis ad parentes
exarandis ipsique exemplaria mearum ad // utrumque parentem perlegi. 21v
139 Nanque utrisque serio petii dimissionem ab officio sub finem anni, ut curis et
140 impedimentis vacuus studiis maiori emolumento incumbere possem. Ille dicere
se non credidisse, quod hoc tempore essem quidquam scripturus ad parentes de
142 eo negotio. Quare maximopere rogare, ne se deseram. Sibi vicissim, dum vixerit
nunquam ex animo mei meorumque meritorum memoriam elapsuram.
144 Respondi meam aetatem iam poscere quietem. Tamen, cum non vulgarem
sustineam spem apud viros eruditos et amicos in patria, fore, ut cum magna
145 ignominia ad meos reverterer, si non plus otii sim habiturus ad studia. Quare
nihil mihi superesse aetatis ad huiusmodi servitia, propter quae me interdum in
146 studiis cessare contingat. Alias me vere tam grato quam etiam gratissimo animo
cognoscere eius in me observantiam et // parentum clementem benevolentiam, 22r
quod me suis impensis inter peregrinos aluerint hactenus.
147 Ille se bene sperare de meo in se animo adserebat, quamobrem se habere ea,
148 quae super eo negotio sit perscripturus potissimum ad dominam matrem. Mihi
etiam promittebat, quod posthac maiori reverentia sit me observaturus et daturus
149 operam, ne ego multis officiis a studiis avocer. Ad quae ego: „Facito, ut lubet,
150 mihi profecto libertas magis usui erit quam si tecum diutius haeream. Neque non
debes eo esse animo, quod possis in meum locum habere alium, me longe doctiorem
151 meque perpetuo memorem fore acceptorum beneficiorum et virtutis. Equidem
ex animo nihil perinde desidero atque libertatem cum bona valetudine iunctam,
152 ut studiorum cursum cito et feliciter absolvere possem. Quippe vix recordor,
quando illud utrumque tam impeditum habuerim, cum quasi annuo spatio vix
153 habuerim diem aut morbis aut curis aut doloribus vacuum." Sit nomen Domini
benedictum. //
154 XX. Hoc die misi aliquoties ad Andream Wechelum, ut mihi pretium librorum 22v
155 in charta annotaret, sed aberat toto die. Reliquum tempus tradidi conficiendis
rationibus accepti et expensorum, ut per eundem Wechelum ad nondinas Francfordenses mitterentur.
156 XXI. Morbus invaluit de die in diem, certe cum mea magna molestia et animi
157 non contemnendo angore. Quin hoc ipso impeditus nullum officium sat fideliter
atque expedite administrare potui, praecipue in conscribendis literis et continuandis rationibus.
158 Circiter tempus coenae accurrebat ad me Iulius petens, ut posset doctor Pintzinger, qui erat in contubernio Ionae, in coena retineri, quod cum impensius petiisset,
159 concessi. Adduxerat etiam Ionas Fridericum, ebrius ebrium, et Iacobum Welsen.
160 Ego taciturnus et morosus assidebam mensae, cum propter dolorem morbi,
161 tum // quod Ionas propter ebrietatem esset dissolutior. Tamen a coena coepi ad 23r
mensam, cum inde discessisset comes, frontem sumere et facetiis vacare, quin et
162 vino indulgere, ut facilius evitarem noctis recurrentem molestiam. Sed cum ascendens in meam habitationem in sedili post extinctam candelam obdormivissem,
die sequenti vix sinistram movere potui, quod ei in sedili fuissem innixus, praeterea
163 magnam raucedinem contraxeram. Tam mihi est inimica et adversa vini Gallici
potio.
164 XXII. In prandio quoque aderat doctor Pintzinger, a Iona pridiano vespere

142 elapsuram p elapsurum

165 cum obtestationibus invitatus. Ibi potissimum suae militiae sortem et pleraque
166 de statu civilis belli in Gallia commemorabat. A prandio comiti Iulio est collocutus.
167 Hinc magno comitatus acervo Daniel a Baldek comes in nostras aedes primum
168 advenit, propter quem quaedam esculenta atque poculenta sunt apposita. Iulius
ei suam habitationem commonstravit atque statim in eam familiaritatem coalu-
169 erunt, // ut se mutuo fraternitatis nomine obligarent. Ubi iam bibitum esset ad 23v
satietatem, petiit Iulium secum ire ad coenam, quod sub initium tam arctae ami-
170 citiae denegare non licuit. Quare omnes accingebamur itineri atque eos deduximus.
171 Cum primum autem ventum esset in aedes comitis de Waldek, crepusculum
172 ingruebat, quare mensa illico adornabatur, cui omnes convivae assedimus. Erat
autem comes a Waldek statim ab initio coenae vino obrutus, quare subinde minas
spirabat in suos, Iulium ad bibitionem urgebat suumque senem praeceptorem im-
pellebat, ut fidicines conduceret, quibus numerabantur duo coronati.
173 Hinc ad commutationes perventum, ut postulatis comitis a Waldek Iulius lauda-
tissimo suo gladio, quem antea vel regiis κειμηλίοις praeferebat, privaretur atque
174 in locum eius sortiretur gladio exigui vel nullius valoris. // Certe si unquam alias, 24r
tunc potissimum quoque poenas dedit suae innatae libidinis ad commutandum,
quod ut deterrerem eum, saepissime iniustae cupiditatis esse speciem significavi.
175 Sed tam ea assuefactio illi inhaeret, ut dentem illi citius quam illam eximas.
176, 177 A coena ventum est ad choreas. Hinc cum esset eundum domum iamque fax
esset accensa, nullo modo Iulium dimittere voluit, sed ebrius hoc omnibus viribus
178 agebat, ut Iulius in eodem lecto secum cubaret. Dandum fuit hoc hominis ebrii
importunitati, quare totum negotium meumque officium Zdencoslao committens
179 cum puero Bohemo domum me contuli. Manserat illic quoque Ionas.
180 ⟨23.⟩ Mane post horam septimam domum reversi sunt et conquesti sunt Ionas
181 et Zdencoslaus, quanta inopia lecti laboraverint. Comes Iulius, ut se ad id, quod
instituerat, insinuaret, petiit sibi veniam dari, si quid praecedenti vespere ex-
orbitaverit, addens se summa diligentia adhibiturum neglecti com//pensationem. 24v
182, 183 Hinc praefatus: „Rem unam petam, quam scio te difficile admissurum. Spero
tamen, quod sis propter meas ingentes preces admissurus, quia posthac abstinebo
184 omnis generis precibus neque ulla re te molestavero." Ego: „Dic, quidnam sit."
185, 186 „Ut dominus comes a Waldek sit nobis conviva in coena." Disuasi ista rationibus,
quibus potui, verum adeo importune instabat, ut a proposito divelli nullo modo
potuerit, quantumvis gravibus et magnis fuerim usus argumentis.
187 Ubi tandem apud me impetrasset, statim a prandio illum adivit et paulo post
quartam comitem una cum comitissa adduxit, qui omnes manserunt nobiscum in
coena, nimirum ipse comes a Waldek, comitissa cum sua pedissequa, praeceptor
188 et nobilis domini comitis et Iacobus. Tandem et ipse fui ad mensam accersitus.
189, 190, 191 Fuit coena instructa laute et liberaliter. Sumta coena discesserunt. Ego comiti
gratias egi, quod amice complecteretur Iulium, // nanque inter cetera dominum
dominamque mihi etiam hoc in mandatis dedisse, ut honestis et gravibus dominis
ac viris conversetur Iulius.
192 XXIIII. Iulius ubi surrexit, petiit dimissionem equo cum domino comite ad

167 magno **p** magna
174 *ante* tunc **p** *del.* certe
177 accensa **p** ascensa
178 contuli **p** *corr. ex* contulit
191 gravibus **p** gavibus

193 s. Dionysium expatiandi. Disuasi et istud, eo potissimum nomine, quod iam diu
194 esset cessatum. At dum ea de re inter nos contenditur, misit comes puerum petens
195 Iulium illuc venire, iam esse adductos equos. Ibi concessum, at quia iam omnino
statueram medicum adire et consulere neque literae prorsus, ut mitti possent,
essent confectae, Zdencoslaum meo loco illi addidi, quod admodum graviter
tulerat Iulius meque obnixe petiit, ut sibi essem socius et comes, verum quia fieri
non potuit, nec impetrare potuit.

196 Illis discedentibus venit Wechelus, cui pecuniam pro libris numeravi omnibus,
197 et quidem pro Corpore iuris civilis XV francos et X solidos. Rationes confeci
et literas domini inclusi, scripsi quoque ad dominam (literarum exemplar habeo
in manuali altero), Danieli Mathiasch, quae omnia literis // ad dominum prae- 25v
198 positum et magistros collegii Caroli Quarti Pragae inscriptis inclusi. Ionas Mathi-
asch suas fasciculo alligavit atque illas omnes ad Andream Wechelum detulit.
199 Laetabar plurimum de confectis rationibus et scriptis literis, quia subinde magis ac
magis morbo divexabar.

201 Hora 3 medicum, doctorem Chevalier, adii deque morbo consului. Ille respondit
corporis esse bonum habitum, verum intemperantia corruptum esse sanguinem.
202 Rogavi itaque eum, ut mei curam susciperet, me dignas gratias et habiturum et
203 relaturum. Quare confestim scripsit receptam pro purgatione ad diem sequentem.

204 Hoc vespere Iulius coenatus est apud comitem a Waldek ibique pernoctavit.

205 XXV. Mane statim pharmacopaeus attulit mihi haustum, quem statim in eius
206 praesentia sumseram. Post horam omne medicamentum evomui, quod cum per
Ionam doctori // nuntiassem, iussit in pharmacopolio praeparari fistulam cassiam 26r
207 eamque me assumere. Verum cum attulisset pharmacopaei minister, ita nausea-
bam, ut nec olfacere bene potuerim, propter quod secum aufferre iussus est.

209 Hoc die magna erat solennitas in sacello arcis propter festum s. Lodovici. Senex
gubernator comitis a Waldek nostro hospiti in palatio locutus dixit: „Oportet
me domino meo dicere, ne diutius detineat iuniorem comitem, quia sic multum
negligeret sua studia."

210 Circiter horam 10 venit puer comitis a Waldek rogans nomine sui domini, ne
211 feram aegre adhuc hodiernam domini comitis Iulii absentiam. Ad quae ego:
„Quaeso tuo domino deferas mea obsequia simulque significes, quod ad meam
212 personam attinet, me nihil omnino repugnare. Verum voluntatem esse parentum
Iulii, ut ille sepositis omnibus aliis rebus studiis linguae Gallicae et literarum hoc
tempore atque hisce in locis vacaret." //

213 Post coenam reduxit eum senex et considens in meo musaeo multa dixit de 26v
214 pietate et bonis moribus. Hinc abiturus inquit: „Adhuc hodie dimittetis domi-
num comitem ad coenam, sed redibit illico, quamprimum fuerit absoluta coena.
216 Nolui enim ipse, ut multum negligeret studia." Quare tempestive fuit accersitus
ad coenam Iulius, unde una cum praeceptore post horam nonam vespertinam est
reversus.

217 ⟨26.⟩ Mane promisit Iulius se omnia, quaecunque sint neglecta hactenus, dili-
218 genter compensaturum. Ego vero incidi venam in praesentia doctoris medici, idque
220 in habitatione Ionae. Erat sanguis ater, spumidus et serosus. Quem cum dolerem
non fuisse missum usque ad quampiam alterationem, respondit doctor melius

202 *ante* me **p** *del.* et
207 *ante* Verum **p** *del.* cum

221 fore, si hora quarta vena reaperiatur. Quare hora quarta ad me reversus est
222 chirurgus et diducens venam plus sanguinis elicuit. Ille ubi paululum constitisset,
turpissimus omnium fuit, ita ut deformiorem vix nostrum quisquam unquam
viderit: serosus ad//modum, superne crassae substantiae, inhaerens, viridis et 27r
223 lividus color, veneno persimilis. Iussi itaque eum asservari in crastinum, dum
doctor rediret.
224, 225 XVII. Mane Zdencoslaus vippam vinariam nobis pro ientaculo coxit. Licen-
226 tiatus attulit suum libellum petens nostra nomina inscribi. Iulio emti pro uno
philippico libelli per praeceptorem, qui eum in palatium erat comitatus.
228 A prandio venit doctor una cum chirurgo. Cum vidisset deformem sanguinem,
229 dixit certam esse humorum dispositionem ad graves et diuturnos morbos. Quare
se mihi deputaturum decoctum pro purgando sanguine, ut curatio sit integra
230 et fidelis, non autem palliata. Atque sic discessit.
231 XXVIII. In coena usus sum vino albo Aurelianensi, sed non erat ullius valoris.
232, 233 29. Dies Decollationis Iohannis Baptistae. Doctorem medicum suae domi
quaesivi, sed aberat.
234 A prandio venit ad nos Hubertus Languetus, qui inter reliqua commemoravit
235 legatum pontificium aufugisse. Miserat enim // ad magistrum postarum, ut sibi 27v
236 daret usui equos, quod sit missurus aliquot ex sua familia Antverpiam. Legatus
adductis equis ipsemet conscendit equos et cum venisset extra urbem Parisiensem,
iussit postilionem, ut vocant, iter versus Lugdunum dirigere, inde perrexit in
237 Italiam. Suspicantur quidam hanc fuisse causam, quod cum recens in aula regiae
mensae assedit dominus de Chatilon, qui cum prius esset cardinalis, uxorem
duxit, legatus conestablio, qui est frater cardinalis, dixerit indigne hoc fieri et
timendum, ne summus pontifex hoc aegre ferat, quod is in aulam recipiatur, qui
238 iam prius esset damnatus Romae. Ad quae commotior connestablius dicitur respon-
disse: „Quaeso, ne vel tu vel pontifex se misceat nostrae gubernationi, cum nos
239 vestrae non misceamus." Alii existimant adhuc aliam causam subesse, ita ut non
sit prorsus certum, quanam de caussa discesserit. //
240 Dum nobis adhuc colloqueretur Hubertus, intervenit comes de Waldek cum 28r
241, 242 suo comitatu. Iterum appositum est vinum et quaedam de fructibus. Compellat
243 Iulium, ut secum eat et sibi sit conviva in coena. Iulius cum seorsim interrogaret,
disuasi propter has causas, quod vixdum resalutaverit sua studia et occasionem
244 desuetudinis captet. Postea, cum comes iterum instaret, ut Iulius secum abiret,
245 dixit Iulius: „Si concesserit meus gubernator." Ad quae ego: „Ir wist wol, was ir
246 thuen solt." Postea convertens se ad me dominus a Waldek dixit: „Er sol noch
247, 248 heut bei mir sein. Ich wil in zur Herzoginne furen." Ibi ego eum coepi petere, ne
illum iusto diutius detineret, videre se nanque, quod iam aetate et statura sit
249 grandiuscula. Mihi etiam a parentibus iniunctum esse serio, ne quibus occasio-
250, 251 nibus seduceretur a studiis. Ubi ille: „Er wirdts wider einbringen." Ego vero:
252 „Scio, qualis eius sit compensatio. Nam etsi fingat se non appetere otium, tamen
253 res ipsa loquitur, quo sit animo. // Te vero, illustris domine comes, rogo, ne 28v
aegre feras, quod ista coram te commemorem, quae me officium referre cogit.
254, 255 Scio te amico animo eum complecti. Iulius vero ad negligentiam est propen-
256 sior. Mihi incumbit reddenda ratio de eius moribus et studiis, qua in re nolim
fallere expectationem mei domini sive parentum Iulii."
257 Hinc ubi adhuc paululum haesisset, detracto annulo gemino de manibus sui
258 nobilis, mihi eum ostendit, quam esset affabre factus. Sub discessum mihi data

259 manu valedixit. Iulius conscenso equo cum eo discessit estque eum comitatus
Zdencoslaus et puer.
260 Hubertus statim ut venit in aedes, ipse comes discessit meque commonefecit de
vitandis occasionibus inquiens: „Non dubium est, quin sint in hanc urbem quam-
plurimi Germani adventuri; quisque vellet eius conversatione uti, sic ille tempus
inutiliter perderet et bibitioni adsuefieret, quin et iam non est ea // gratia faciei, 29r
qua erat ante dies aliquot."
261 Paulo postquam discessissent, venit ad me licentiatus commemorans in sua
absentia fuisse in aedibus comitem a Waldek et petiisse suum comitem ad coe-
263 nam. Quare se venire inquisitum, quidnam censeam fieri. Suasi hoc primo non
esse denegandum, nanque comitem a Waldek dedisse fidem, quod neminem sit
oneraturus potu omnesque dimissurus et adhuc vespere.
264 Hinc pleraque utrobique de comitum educatione et moribus plerorumque Ger-
265 manorum, qui Parisiis degunt, collocuti sumus. Ad coenam Zdencoslaus reversus
266 est domum, quod apud comitem mensa esset referta hospitibus. Coena peracta
267 statim cum puero portante facem illuc reversus est. Venit comes domum post
horam nonam.
268 XXX. Retulit mihi Iulius comitem a Waldek aegre tulisse, quod se eiusmodi
verbis compellaverim idque aliquoties repetiisse: „Vordreust mich auff deinen
269 baccalaureum." Verum se respondisse dixit Iulius: „Du must ims nicht vor ubel
270 haben, ehr mus thun, was sein ampt ist. // Er weis am besten, was im von meinen 29v
272 Eltern befohlen ist." Ego vero hoc floccipendere. Malo enim ab huius comitis
similibus, nimirum potoribus et scortatoribus, vituperari quam a domino vel
domina meis, quibus de officio fideliter administrando fidem dedi.
273 A prandio venit ad me doctor medicus una cum chirurgo praescribens diaetam
274. 275 sub tempus curationis. Iussit cavere a fructibus et vino temperantius uti. Ad quae
cum allegarem impotentiam sitis, respondit se mihi ordinaturum decoctum pro
276 haustibus. Hinc quia per totos quinque dies nullam habui sedem, scripsit
277 receptam pro cassia fistula sumenda duas horas ante coenam. Ea sumta in me
parum operata est, nisi quod post coenam sub ipsam noctem unam sedem ha-
buerim.
278 XXXI. Hoc die primum coepi uti decocto hora VI dedique chirurgo unum
279 coronatum. Deus faxit me cito restitui pristinae vale//tudini, ut studiis debitam 30r
280 operam impendere possim. Haustum valde nauseavi neque enim adhuc a fructibus
281 temperare potui. Vino usus sum, saepius cerevisia, quam ipsam non minus dam-
282 navit medicus, imo magis quam vinum. At vini potione inflammabar supra
modum neque iam facies se a rubore continebat.
283 Licentiatus a prandio venit nos omnes invitatum ad ientaculum diei sequentis,
284 quo nimirum parabat abitum cum suis. Facile hoc concessimus eius familiaritati
atque amicitiae, cum eum ad omnia habuerimus satis promtum et benevolum.
286 Atque sic traduximus primum mensem Lutetiae Parisiorum. Faxit Deus, ut
subinde magis ac magis et quam proxime accedamus ad virtutis et literarum fasti-
gia, ad quam rem mihi nunquam deerit animus, dummodo Deus me in pristina va-
letudine collocaverit, quod ut quamprimum fiat, eum ex animo oro. //

## ⟨III.⟩

1 September. 30v
2 ⟨1.⟩ Importunis precibus licentiatus me domo nostra extraxit ad ientaculum in
suum hospitium, ubi cum in mensa bibissem cerevisiam, omnes me cum admi-
ratione spectabant, ut qui biberem potum tam vilem et immundum. Referebant
potissimum feminae de Parisiensi cerevisia ea, quae vel omnibus nauseam movere
4 possint. Motis mensis ego domum redii, Iulius cum praeceptore Zdencoslao et
reliquis ibant ductore Pintzingero lustratum urbem Parisiensem atque sub horam
tertiam reversi sunt.
5 II. Iulius scripsit ad me literas, quibus me consolatur in meo morbo et petit
6 sibi dari triginta quinque solidos. Consensi in triginta, quos et illi dedi.
7 A prandio fui apud doctorem, qui de novo prohibuit me fructibus et cere-
8 visia. // Vinum modice illudque aqua dilutum sumere permisit, cum referrem 31r
me haustum non parum nauseare.
9, 10 In prandium iussi adferri cerevisiam, cui affuderam vinum. Ea ubi parum in vit-
ro constitisset, coacervavit densos et deformes humores et quasi situosa segmina, per
quae signa mihi penitus coepit displicere, ut iam inde animum prorsus averterim.
11 A prandio adfuit Hubertus, qui inter reliqua commemoravit nobis, quo itinere
maxima pars Galliae commode videri possit, nimirum proficiscendo Lugdunum,
12 inde Massiliam et porro Tolossam etc. Ipso sermone animum meum mirifice
accendebat ad peregrinationem, praecipue si me Deus libertati restituerit, quod
et spero et cupio.
13, 14 In coena fuit Hubertus et doctor Pintzingerus. Inter reliqua cum fieret mentio
de studio iuris, dixit Hubertus Alciatum adhuc iuvenem promisisse totius iuris //
methodum, eius cum iam senem Ferrariae quidam Augustanus commonefecisset, 31v
15 dixit se promisisse, cum nondum intelligeret, quid esset ius. Non posse meliorem
16 iuris methodum tradi vel institui ea, quae est in Institutionibus. Et doctor Schnurp-
fius Francoforti dicere solitus est studium iuris esse veluti collectionem herbarum
in aliqua sylva, quas cum quis in domum suam attulisset, postea primum singulas
dispiceret et inquireret.
17 III. Coepi seorsim coenare, ut assuefierem ad maiorem temperantiam, praeser-
18 tim fructuum, quos impotenter admodum appetebam. Spero autem temperantiam
non minus quam ipsa pharmaca allaturam remedium meo tristi et aerumnoso
morbo.
19 IIII. Commendavi Ionae diligentiam in audienda Institutionum privata lec-
tione, quia me ad aliquot dies domi continere et affectionibus subducere con-
20 stitui. // Dedi eidem Ionae testunem, ut solvat inde septem solidos doctori Pintzin- 32r
gero, quos exposuerat Calendis Septenbribus, dum comes lustraret urbem ex turri
divae Virginis et domo civica.
21, 22, 23 V. Dominica XIII. Interfui sacris ritibus in templo divae Virginis. A prandio
allatae sunt mihi Duaco litterae, quas scripserat doctor Ramus, Andreas et Her-
24 mannus Neodomos, praeceptor domini comitis a Salm. Ramus in suis potissimum
triumphat de statu suae academiae Duacensis, facete admodum, dum commemo-
25 rat propediem expectari excellentissimos viros in theologia. Quin et Balduinum
a Duacensibus conductum esse etc.
26 Lotio in flumine Iulio concessa est ante horam coenae, ad quam eum praecep-
tor, Ionas necnon alii sunt comitati.

28 Sensi defluxum capitis ad aures, praecipue sinistram. Existimo et colli vertebras
29 eodem impeditas tunc fuisse. Deus me iuvet. //
30 6. Pacatum satis Dei beneficio hunc traduxi diem neque domo egressus sum. 32v
31 7. Dum in cubiculo pranderem, accurrit iratus Zdencoslaus conquestus de Iulio,
quod iam non modo petulantia, sed et minis certaret, ut qui se redarguentem, quod
Gallorum fidem et levitatem saepius in mensa magna libertate verborum laxaret,
tacere iusserit ea lege, ne sibi quando gravius quid accidat propter huiusmodi
32 interpellationem et interrupti sermonis impedimentum. Quin et Ionam ebrii
rustici more in mensa vociferari deque iis rebus potissimum, quas minime intel-
ligeret. Non passus sum me ad iram commoveri, quod cibum sumerem et debili-
34 tati parcerem, propter quod auxi Zdencoslao bilem. Es ist doch, lieber Gott, S.
Iacobs Regement, wen man nicht vberal hinter vnd bei Ihnen ist. //
36 Veni ad doctorem medicum post horam primam. Ibi cum de languore con- 33r
quererer, iussit non annihilandas esse vires nimia inedia, verum a vino potissi-
37 mum abstinendum. Et cum toto octiduo beneficio alvi caruerim, receptam medici
38 haustus conscripserit in crastinum. Sequentibus diebus praecepit ante constituta
39 diaeta uti. Hic rursus coepi quamplurimum commoveri animo, quod valetudo
exiret in longius cum magno meorum studiorum impedimento et me medicami-
40 num iam pigeret. Utinam me Deus clementer liberet!
41 Redeuntem compellavit Iulius de lingua Gallica, pro qua sibi plures horas tribui
42 voluit. Ego impatientia motus ab eo recessi, quod ille aegre ferens exclamabat, ut
43 posset liberari hac importunitate. Solet quaerere praetextus otii qualescunque,
interdum speciosos, et Zdencoslai institutionem plurimum refugit. //
45 VIII. Nativitatis Mariae. Redeuntes ex contione Iulius cum Zdencoslao refere- 33v
bant, quam biliose fuerat quidam contionatus ad s. Severinum adversus Hugeno-
tas, ut quod in horam nativitatis eorum et ventres matrum maledicta coniicerit
46 populumque adeo commoverit, ut plerique lachrymas miserint. Quin et antehac
in alio loco quidam expresse disuasit seponere arma Parisienses, tam sunt turbu-
47 lentae faces motuum, plerique sacerdotum et populus aptus commoveri. Die
Priester haben Scholzen sein vnd die Zwhörer Eselsoohren.
48 A prandio adfuit Hubertus Languetus, qui cum multa graviter dixisset, etiam
sermonum Philippi recordatus est, quibus adserebat ecclesiae statum politicae
49 gubernationi similem esse. Cum apud Romanos respublica esset in flore, quilibet
studebat de ea bene mereri et excellere virtutibus // tempore motuum et belli. 34r
At cum fuit monarchia, ut iam unus imperaret, remiserunt animos, quod unius sal-
tem esset potestas, omnis laus et honor.
51 Ita in republica ante Constantini tempora et decennio post erant multi episcopi
et excellentes viri, qui ingenii acumine nitebantur inquirere, quaenam esset simpli-
cissima doctrinae caelestis veritas, inde haereses extiterunt, quae praebuerunt
occasionem indagandae veritati. At ubi pontifex primatum obtinuit, omnes con-
quieverunt et iam vivebatur ad praescriptum pontificis.
53 Hinc in Gallia iam adeo late esse dispersam novam religionem, ut si vel Con-
54 daeus et reliqui deficiant, non possit extirpari. Quin et catholicos, qui sunt sapien-
tiores et moderatiores, quaerere aliquod moderamen, verum huiusmodi displicere

36 conquererer **p** conquerer
48 gubernationi **p** gubernatione
53 possit **p** *corr. ex* possint

reliquis et populo Parisiensi, ut qui non ament praeterquam vociferatores fatuos,
55 qui nihil pensi habeant de publica pace et quiete. Addebat partem novae re//ligio- 34v
nis carere sacerdotibus, ut si adveniant quingenti contionatores, sint habituri loca
et condiciones intra duos menses.
56 Mihi interroganti de poetis respondit nullos esse excellentes in Gallia neque
legisse se ullius carmen doctius quam cancellarii Michaelis Hospitalis, cani illius,
57 quem multi solent appellare s. Hieronymum propter faciem et calvitiem. Hunc ita
efferebat, ut diceret eum non sine maxima calamitate regni Gallici moriturum,
eius enim fieri consiliis et molimine, quicquid boni fieret.
58 Cuiatium laudabat ab omnium artium cognitione, ut qui perpetuus esset in
lectione autorum tam Graecorum quam Latinorum, scriptorum tam ecclesiasti-
corum quam ethnicorum et iureconsultorum propter inquirendam antiquitatem.
59 Proxime ab hoc laudabat Donellum et Buguerium, de quorum coaptatione fit men-
tio in orationibus Duareni. //
60 Zdencoslaus a coena ad me reversus retulit, quae audiverat in mensa: Nimirum 35r
in urbe fuisse sub nomine edicti regii literas affixas in hunc tenorem: Ferdinandus
imperator distribuit suas possessiones in tres filios, quorum ille, qui est rex
61 Bohemiae, ducit ingentem exercitum, ut ferat suppetias Hugenotis. Se itaque
monere suos Parisienses, ut sibi undiquaque ab insidiis diligenter caveant et Huge-
62 notos quibuscunque possint rationibus e medio tollant. Et in templo fuisse asscrip-
tum parieti: O Parisienses, attendite diligenter, magnae vobis struuntur insidiae.
63 Iulius quoque retulit, quae audiverat de Andeloto, quod nimirum omnia sua
64 bona distrahat et vendat, ut fugam paret in Germaniam. Deus adsit nobis et largia-
tur pacem ecclesiae et piis studiis, ut ego quoque hanc provinciam cum laude
deponere et resignare possim. //
65 Mane hora quinta usus sum medicamine purgativo, quia ultra octiduum sedibus, 35v
66, 67 ut vocant, carui. Ne revomerem, aceto naribus adsidue adhibito cavi. Affligabar
admodum tormine ventris, sed quater expertus sum ventrem admodum laxam.
68 Faxit clemens et benignus Deus, ut tandem ad satietatem et sanitatem purger
et curer.
69 IX. Mane, cum eram auditurus Iulium pro Horatio, epistolam Ciceronis me-
70 moriter recitavit affirmans sibi Horatii lectionem non futuram usui. Se properare,
71 ut citissime addiscat Latine loqui. Hinc petiit in palatium dimitti, quod cum non
impetrasset, aegre tulit mihique inter reliqua obiecit: „Ir vorhindert mich zw
72 meinem bösen, das ich die frembden Leuth und Herren nicht sehen kan." Ad
73 quae ego: „Patientiam habe. Ich wil euch ein Gott // wol nicht lang hinderen." 36r
74 Hinc dum Kwark vapularet, apud Zdencoslaum de me conquestus est, postea
etiam ad Ionam descendit ibidem similiter conquerens, quod se nollem dimittere
meque minari, quod nollem diutius secum haerere, se non curare iam, cum iam
75 saepius petierit, ut secum haererem, quod sit perpetuam mihi relaturus gratiam. Ad
76 quae cum Ionas dixisset: „Kompt ehr von euch, ir werdt seltzam haushalten." Ubi
77 ille: „Ich wil sehen, das ich bei einem feinen Man bin als Lazaro Schwendi." Ah
utinam possit amare et obtemperare et felici forte consequi virum Schwendae
78, 79 similem! Felix certe foret hic Iulius! Hic desiit audire Zdencoslaum se cuncta hora
docentem arithmeticam.

58 ethnicorum p ethicorum
77 *ante* consequi p *del.* contingere

80 Retulit Zdencoslaus se accepisse, quod praefecti Parisiensium ad regem exi-
verint significaturi, quod sint portarum et publicorum locorum suscepturi defensio-
nem, dum omnes reliqui quoque seponant arma. //
81 Ante horam quartam puer Bohemus accivit Iulium ex lectione, quod iam palae- 36v
82 strites advenisset. Post auditam horam quartam ego Zdencoslao colloquebar, ecce
illico aderat comes, qui interrogatus, cur tam cito dimitteret palaestriten, cum sit
magno conductus, respondit: „Tu me saltem in bonis literis erudi, de palaestrita
84 ne sis sollicitus. Ille me adhuc per tres menses docebit. Was ist vnb die zwelff
85 gulden zwthuen, ich wil der Frawen darumb schreiben.” Ad quae ego: „An non
satius foret te uno mense addiscere, ut postea aliis etiam queas vacare exercitiis?”
86 X. Iulius cum petiisset veniam prodeundi in palatium, dixit se hoc nunquam spe-
87 rasse de me, quod audierit se desertum iri a me. Er hab so vil futzlerei gehöret,
das nicht muglich wer, das er das wesen in die leng dulden kundt.
89 Pueri inter se contendebant verberibus ex instinctu Iulii. Sub noctem scripsi
literas Duacum ad doctorem Ramum, Hermannum, Andream et Quardt // atque 37r
literas Ionae dedi tabellioni tradendas una cum quatuor solidis.
90 Habui sub noctem peius solito propter tormina ventris, ut sub multas horas
nequiverim concipere somnum.
91 XI. Mane surgens de lecto in horto domestico cum Zdencoslao prodeambula-
92 bam. Intervenit Iulius et quae sibi Ionas de meo relatu obiecerit, exposuit, multa
93 sane. Item quae ipse ad singula responderit.
94 Concepi bilem adversus Ionam, ut qui, quae eum maxime secreta habere ius-
seram, effutierit pleraque etiam alia mente et fide, quam a me dicta fuerant, nimi-
95 rum de petita venia dimissionis, meo instituto in posterum ac animo. Hinc licet
eum ante deprehenderim futilem, constitui penitus nihil prorsus ei credere, quod
96 reliquis clam esse voluero. Impotens est animi, linguae et sui ipsius, ubi parumper
vino commaduerit, alias quoque levis, protervus et praesumtuosus. //
97 Iulium admonui de officio et modestia, praecipue erga Zdencoslaum, et spe bona 37v
esse iussi de meo in se animo, dum fuerit obediens et diligens.
98 A prandio dimissus est ire spatiatum cum hospite et Zdencoslao, unde post
horam tertiam reversus est.
100 Ad coenam venit homuncio ille catenatus nobilis a comite de Waldek. Praecep-
tori Zdencoslao pleraque recensui de mea conversatione, quae mihi Pragae cum
dominis magistris collegis fuerat.
101 Ionas dicitur serius ad mensam accessisse et bene potus, unde solito citius ad
me accurrebat Iulius cum indignatione inquiens sibi animo fuisse, ut diceret hospiti
102 vel Ionam dimittere vel se non mansurum. Insimulabat eum manifestis verbis, quod
103 apud meretrices fuerit, sed falso. Ego ab hac re otium illi mandavi. //
105 XII. Dominica XIIII. Statim ubi ex lecto surrexi, descendi in habitationem 38r
Ionae ibique eum gravibus et piis verbis officii admonui et a detestabili ebrietate
106 dehortatus sum. Deprehendi vicissim Iulium pleraque maligne de me dixisse
107 et invido animo ferri erga Ionam. Deus eum corrigat, ut sit animo et mente
meliori.

80 Zdencoslaus **p** Zdencoslaum
82 colloquebar **p** collequar
91 *ante* Zdencoslao **p** *del.* Iona prodeam
95 *ante* Hinc **p** *del.* Et

108 Zdencoslao locutus sum de animi mei inductione super moribus Iulii, quae est
serenissima fronte sustinere reliquorum mensium molestias, dum sit pacti biennii
finis, circa quod spero, opto et oro mihi divinitus concedi dimissionem.
109 De rege et perplexo rerum Galliae statu mira passim et varia a variis refereban-
110 tur. Iterum atque iterum oro aeternum Deum, ut concedat nobis pacata tempora ad
linguae Gallicae et bonarum literarum culturam propter sui nominis gloriam,
patriae salutem et omnium nostrum emolumentum ac honestatem.
111, 112 Processio erat et contio apud cordigeros monachos. Aeris grata et amoena
serenitas. //
113 XIII. Constitui Iulio posthac in locum Horatii praelegere orationem Ciceronis 38v
pro Archia poeta.
114, 115 Hoc die primum regis edictum de non gestandis armis promulgatum est. Faxit
Deus, ut hoc quoque ad incolumitatem patriae.
116 Doctor Tanernus in praelectione, cum diceret de consuetudine, quosnam reli-
get, retulit casum praesentem: Veluti quendam dedisse sua bona donatione inter
117 vivos, quorum partem habuit in Italia, partem in Gallia. Donator non fecit iusiura-
tionem in Gallia, forte quod existimaret non opus esse, perinde atque non opus est
118 in Longobardia. Quid sit iuris, inde patet: Consuetudo ligat incolam in contractu,
119 donatio est contractus, ergo. Incola non potest edere testamentum, nisi rex con-
120 cesserit. Unde titulus de Albinatis, quasi de alibi natis.
121, 122 Emi duos libellos vacuae papyri. Iulius invitavit meo permissu ad coenam nobilem
domini comitis a Waldek, quem // cum expectassemus usque ad horam septimam, 39r
per puerum Kwark nuntiavit se non posse venire propter expectandas literas.
123 Sub noctem coepi uti emplastro et paulo ante quam irem cubitum, sedem habere,
cuius iterum aliquot dies penuria laboravi.
124, 125 XIIII. Exaltatio crucis. Iulius recusavit audire lectionem, quod essent feriae
126 illaeque celebres apud Parisienses. A prandio ab hospite usui accepi Decreta cum
127 glossis et decretales. Hinc textum iuris canonici in duobus libris in octava et
Xenophontem Graecum in duobus libris, exemplar Basiliense.
128 Venit ad nos Hubertus referens se legisse orationem legatorum Galliae habitam
Tridenti, in qua protestantur adversus concilium praesens et pontificem Pium
Quartum, ut quod non sint liberae voces in concilio, ubi nimirum vel proponatur
vel concludatur nihil, quod non prius Romae a pontifice fuerit conclusum et
129 comprobatum. // Interrogantibus nobis de Condaeo, quam nimirum ob causam 39v
fuerit condemnatus, respondit: Quando post interfectum Henricum Secundum iam
Guisiani ad se rapuissent imperium et gubernationem et iam exustus esset cele-
berrimus iureconsultus Burgius, iam coeperunt quidam contradicere huiusmodi
tyrannidi et foedus inter se icere, quare Condaeus fuit blanditiis quibusdam Aure-
130 liam allectus atque ibidem eiusdem confoederationis condemnatus. Sed quia
intervenit mors regis Francisci, liberatus fuit.
131 Fuit certe admirabile Dei illud iudicium, quia conservatio Condaei fuit salus
infinitorum hominum, quibus dicebantur iam extrema parata, ubi primum fuisset
132 sublatus Condaeus, ut saepe audiveram referentibus aliis. Sed existimabat Huber-
tus non factum fuisse, ut interficeretur Condaeus, etiamsi supervixisset rex, verum

117 iusiurationem p iusiuriationem
*Fol. 39v in marg.:* VI libri
132 *ante* non p *del.* se

133 se credere, quod fuisset potius ad perpetuos carceres pertractus. // Dixit etiam 40r
regem die crastino venturum in arcem, quae distat ab urbe quinque tantum mili-
134 aribus, domini conestablii pulcerrimam. Item eundem habere aliquot elegantes ar-
ces, quales vix crederet quenquam regum aut principum in christianismo habere,
atque eum multum auxisse suam potentiam et divitias, ut qui iam sit octuagenarius,
135 uti ante annos 50 iam in magno pretio et auctoritate fuerit. Regem Maximilianum
saepe ad eum scribere, virum esse sapientem et iam favere plus Hugenotis odio
136 Guisiorum. Esse autem ipsum connestablium, quem alii vocant magistrum equi-
tum, alii praefectum praetorii, ex familia Momerançy atque ex eius sorore natos
Almiralem et Andelotum atque hunc esse, qui legato pontificio responderit, ne
137 se misceret civili aulae gubernationi. Ex Momeranciorum familia etiam est comes
ab Horn.
138 In Belgio nulli sunt episcopatus, quia regio est recens culta, sunt nec in Frisia,
139 Hollandia etc. Artesia est vetus, propterea ibi sunt illi tres episcopatus, Atrebatensis,
Tornacensis, Cameracensis. //
142 XV. Coepi Iulio praelegere orationem pro Archia. Haustum sumsi. Accesserunt 40v
143 ad mensam in prandio duo commensales Burdigalenses, in coena tertius. In
coena fuit Iacobus ibique consessus extractus usque in nonam horam et Iulius
potissimum de hastiludiis locutus, magna animi contentione, ut facile appareat,
quonam potissimum ingenii ductu impellatur.
144 Professor Institutionum, doctor Tanardus, coepit bis de die legere et hoc die
145 absolvit sex titulos. Lectio nimirum, qualem ego iam pridem desiderabam.
146 XVI. Iterum bibebam haustum, propter quem nec domi Iulium docere neque
147 ad lectionem Institutionum prodire potui. Hora 3 Ionae mutuo dedi regalem
aureum pro redimenda supellectile Iohannis Fuchsii. //
148 XVII. Papyrum, epistolam Ferdinandi et tabulam Galliae emit Zdencoslaus. 41r
149 Iulius operam dedit scribendis literis ad parentes.
150 Paulo ante tempus coenae Iulius misit puerum Bohemum admodum rogans,
ut palaestrites possit retineri in coena, quod cum abnuissem, ipse venit et quod
151 eum iam invitavit, significat. Redargui eum, quod prius faceret, quam consuleret
sicque mihi saepius illuderet. Ipse se hoc apud parentes facile excusaturum
153 inquit. Iussi eum a me discedere, quare cum extra ianuam venisset, Germanice
obmurmurat: „Macht euch darumb nicht vnnucz."
154 Non descendi ad coenam, sed habui ad me accersitum Iacobum, cum quo post-
quam paulo largius de vino conbibissem, illico coepi peius habere, ut Zdencoslaus
veniens diceret me multum esse mutatum in facie, quia eo die chirurgus, ut est
155 homo negligens, non attulerat medicum haustum pro restringenda siti. Faxit cle-
mentissimus Deus, ut tandem metu et morbo liberer. //
156 XVIII. Post horam sextam attulit mihi chirurgus decoctum et cum recepisset 41v
vitrum, toto die non est ad me, pessimus bipedum, reversus.
158 Iulius consuluit me de scribendis literis ad suos parentes. Hinc statim eo die
159 voluit sibi emi librum, in quo amicorum nomina colligeret. A prandio scripserat
catalogum librorum, de quibus se ad parentes perscripturum dixerat.
161 Fui apud Hubertum invitans eum ad prandium diei sequentis. Gallo fui collo-
cutus de itinere Tolesano, quod cum in tabula commonstraret, magnam ubique

148 XVII p XVIII
153 discedere p discere

vicinorum locorum esse ⟨copiam⟩ asseruit multa addens de quatuor parlamentis
Galliae, quae in tabula notantur luna falcata, quod ea esset usus in imaginibus
Henricus rex, sicut liberum est et usitatum regibus, quae velint suis imponere
signis, relictis tamen perpetuo tribus liliis. //
162, 163 XIX. Hubertus nec ad prandium nec ad coenam venit. Erant affixae chartae, 42r
quod in collegio Burgundionum duo adolescentes sint habituri orationes, an
sit melius domi suae arma custodire quam in curiam deferre.
164 Contionator apud s. Severinum pro contione publica dixit: Celebrant congres-
sus necnon concubitus nocturnos atque eadem verba postea Gallice interpretatus
165 est. Item intimavit quidam his verbis: Nicolaus Laudenidius, I.U. doctor, de
academia Dolana bene meritus, cras in collegio Longobardorum de suo instituto
dicet hora tertia, deinceps die Mercurii librum primum Institutionum Iustiniani
imperatoris explicaturus, eintweder ein stokfisch, aber gar zw klug.
166 Comes Iulius ad Schinken expatiatus erat cum Iacobo et Iona, unde Ionas potus
167 redierat. Iacobus petiit sibi a me mutuo dari unum coronatum, quem me habere
negabam, sed postea praeceptori dedi talerum Philippicum, ut // ei mutuum daret, 42v
sed quia interim excurrerat ad Fredericum, sibi iam non opus esse significabat.
168 Apud Ionam conquestus erat de me addens, quod nunquam speravit fieri posse,
ut sibi denegem.
169 XX. Iulius instabat, ut possit adire Rheingravium, sed cum dicerem eum
Parisiis abesse, praetendebat se maiori commoditate eum posthac aditurum, si
cum comitibus, quos secum habuerat, a Barbis alterum, alterum a Wystenburgk,
170, 171 fecerit notitiam. Interim se non dubitare Rheingravium adesse. Dixi me visurum,
quare ibam ad eorum hospitium, ubi referebant aulici eum intra dies sex vel sep-
172 tem cum regia curia rediturum. De reliquis comitibus referebant, quod essent
173 bibones. Quare non passus sum Iulium eos adire.
174 Hora secunda, dum essem in lectione, venit ad Iulium Iohannes Iglaviensis, //
175 quem prius videram Antverpiae. Exulat patria iam aliquot annos, quod ibi unum 43r
176 exanimasset ictu gladii. Misera certe et calamitosa forma et habitu, nanque
nescio, quod non morborum genus se expertum fuisse dixerit, fortassis et Hi-
177 spanico correptus. Nanque sequenti die Iulius referebat, quod glandem in peni
habeat a tribus foraminibus exesam et corruptam et expectari in dies maius peri-
178 culum. Petiit Iulius ei dari aliquod viaticum largius et liberalius, quam posset
179 pro nostris facultatibus fieri. Dixi eum manere in coena, verum nesciens adhuc
180 de eius morbis, apparere nanque ex eius facie, quod fame etiam divexetur. Quare
181 in coena nobiscum mensae assedit. Aberant Galli, qui sub finem coenae primum
182 advenerant. A coena Iulius dedit ei talerum.
183 Hinc nobiscum ascendit in nostram habitationem, ubi multa deformia de utro-
que fratre, Simone et Petro, retulerat, // de singulari certamine inter dominum 43v
Slaß et Rosenhan nobilem Brunae anno 1549, quorum hic contra omnium expec-
tationem alterum devicerat, ut ingenti suffusus confusione vitam vix ultra biennium
traduxerit.
184 Hinc de domino Desparity, qui Walachiam vi occupavit expulso Alexandro,
quem rex Poloniae ibi instituerat desponsata illi filia herede et expulsis fratribus,
185 quorum iste Desparity vindictam est executus. Alexandrum imperator Turcarum
ad se confugientem ad triremes damnavit, cum per Desparity esset edoctus de eius
186 tyrannide et crudelitate. Atque haec accidisse referebat ante unum et alterum
annum.

187 Denique iussus est dormire in conclavi Ionae, ubi ei detexit morbum, quem
foedum et quasi incurabilem miser in peni sustinuerat, cum prius rem in urbe Por-
tus // gratiae habuisset cum concubina cuiusdam capitanei, ad quod facinus dice- 44r
188 bat se ebrium per meretricem fuisse allectum. Sancte Deus, quam infeliciter fere
189 omnes Bohemi in ista regione peregrinamur. Haud dubie Deus irascitur impie-
190 tati nostrae patriae et malignis moribus, quibus nostra vita conspurcatur. Faxit
Deus, ut inde exemplum petentes perpetuo simus memores nostri officii, ut cum
laude ad nostros redire possimus!
191 Hubertus retulit landgravium cogere exercitum, ut ferat suppetias regi Sueciae.
192 Timendum, ne haec res dissidium pariat inter Augustum electorem et Philippum
193 lantgravium. Item reginam Galliarum, penes quam hoc tempore potissima est
194 autoritas, graviter decumbere. Certissimum est, quod eius mors, si in hoc tempus
195 incidat, plurimum sit allatura calamitatis huic turbulento regno. Utinam Deus
largiatur pacem populis et regnis! //
197 ⟨21.⟩ S. Matthaei. Sirupo usus sum, propter quod me toto die domi continui. 44v
199 A prandio musicae operam dedimus. Ad coenam venit Hubertus, in qua ultro
200 citroque multa de variis contulimus. Hubertus valde commendabat nostrum
Maxmilianum a doctrina.
201 Ibi quidam Casconum aiebat melius esse habere regem indoctum et consilia-
202 rios sapientes quam contra, de quo fuit statim confutatus. Hinc de Ferdinando
imperatore, qui si habuisset armorum gloriam cum tam excellenti ingenio iunctam,
excellens esset naturae et Dei donum.
203 De Pico Mirandula dixit, quod cum esset dives, in sua domo aluit aliquot
204 doctissimorum hominum eosque suae mensae adhibuit. Si quid legit sibi ignotum
in Platone, Plinio, Aristotele et aliis, in prandio proposuit iussitque omnes ea de re
inquirere, ut sequenti coena de ea disputaretur. Atque sic ingentem doctrinam
sibi acquisivit aliorum labore. //
206 Iohannem Filetem Scotum, meum summum et patronum et amicum, fatis 45r
207 concessisse adseruit. Hinc etiam Godescalcum technis Euslebianis per indigna-
tionem principis esse dimissum eumque iam Vitebergae privatum vivere.
209 Hospitia immundissima esse in Saxonia et vicina Marchia. Item se vidisse
principes Alsatienses, nunc reges Daniae, in hospitio quodam prandentes, ubi
post mensam porci oberrabant.
210 Regem Goslaum Ferdinandi imperatoris fuisse persimilem, quem vix ullum
artificium latuerit, qui principes et res cum Germaniae, tum Galliae saepe melius
habuerit exploratas quam quisquam Germanus aut Gallus.
211 Philippum lantgravium habere quinque filias easque omnes bene nuptum col-
locatas esse viris principibus, minimam natu desponsatam regi Scoto, sed nunc in-
testino bello cum Dano impediri nuptias.
212 Christophorum Pannonium serius coepisse tractare iuris studia et semper
adhaesisse sibi aliquid poeticum, quod verum est. //
213 XXII. Dedi literas Iohanni Iglaviensi inscriptas Hermanno, mercatori Ant- 45v
verpiensi, quibus incluseram alteras ad illustrem dominam, in quibus obiter plera-
que annotaveram de edictis regiis ob depositionem armorum, expectatione
regis, adventu Rheingravii, imbecillitate reginae, machinationibus Guisianorum,

187 *ante* habuisset p *del.* rem
210 exploratas p explorata

de Iulii incolumitate, egestate vestium, pecunia in sumtus tempestive transmit-
tenda, denique dimissione mihi iuxta pactum concedenda clementer et in signum
gratiarum actionis, me nanque alia via cupere studiis meis prospicere Dei et
illius gratiae auxilio.
214 Hinc coepit idem Iohannes referre, quid inter se et mercatorem Dantiscanum
215 intercesserit, utpote a quo fuerit perquisitus exutis vestibus. Dedi consilium eius
compellandi coram duobus vel tribus et de transactione obiter admonendi.
216 Hybernus Barbatus a prandio ad me venit significans P. Ramum orsum fuisse
217 epistolarum Ciceronis expositionem. Hinc mecum egit de eo, quem nobis nomine
praeceptoris obtruserat. //
218 Hora quinta venerunt in nostras aedes doctor Pintzinger cum mercatore Dan- 46r
219 tiscano et eius ministro. Locuti sunt Ionae in hanc sententiam: Quod venerint, ut
cautionem subministrent domino comiti de eo, qui se iactavit conterraneum comi-
tis, Iglaviensi nimirum, nanque eum fuisse insidiatum suae cathenae aureae et
pecuniae, ut quod petierit pallium ab ministro hospitii eique detexerit facinus,
quod erat designaturus, nimirum ut ingrediatur conclave mercatoris atque operam
220 det, ut possit cathena potiri. Eum in hoc emisse cultellum et quaesivisse occasio-
nes, cum nollet coenare et mane adhuc eo cubante venerit in cubiculum et omnia
mehercle ea, quae, si vera sunt, hominem extreme perditum denotant.
221 Per Hybernum fuit ad me adductus ille Gallus, cui cum de variis essem collo-
cutus, sensi equidem eum esse virum probum et pium, verum ab ea perfectione,
qua // subinde per Hybernum commendabatur, longe abesse, nanque se nunquam 46v
Hebraeae linguae operam dedisse fassus est neque se in Graecis profecisse, quod
222 satis esset ad intelligendum Graecum textum. Nec mirum, cum vitam inter pere-
223 grinandum quasi perpetuo duxerit. Valde rogabam eum nobiscum manere in
coena, sed recusabat istud.
224 Hic se magno impetu coepit egerere disciplinae et modestiae Iulianae καταστροφῇ.
225 Iulius cum venisset in meam habitationem assidens meae mensae dixi ei: „Was
226, 227 wolt ir neu gesind annehmen?" Ille negare. Ego contra: „Ir habt ja gesagt, ir hett
228 ir alhie vier vnd zu Duay noch einen." Ibi ille, ut solet, cum impetu se opponere:
„Wist ir doch wol, das ich nichts on euren willen thu, warumb habt // ir söliche 47r
229 suspiciones auff mich?" Ego: „Non sunt suspiciones in re manifesta, sed obscuris.
230, 231 Ir ja also geredt, was kan ich wissen, was Eur handl ist." Ille: „Was ist mein han-
232 del! Ich hab zu dem vbertisch gesagt, wen ich werde sollen heim ziehen, so wolt
233 ich einen mit mir neemen, der französisch kunt. Söliches hat er gesagt auff dem
palasso, so ist der zu mir komen vnd sich erbotten, er wol alletag zu mir komen
mich in der franczösischen Sprach mit reden vnd schreiben vnterweisen, aber ich
234 hab in abgefertiget. Das ir doch alweg mit sölichen suspiciones auff mich komt,
235 wer hats euch gesagt? Aber habt ir selbs zwgehöret, das wer warlich kein ehrlich
236 stuk von euch." Ibi ego commotus: „Ir dörfft mir mein Ehr nicht reformiren,
ich bin ein Gott wol ehrlich gewest, ehe ich euch gesehen, wils mit Gottis hilf an
euch wol bleiben, ir seit ein junges mulich maul, wist vil, was ir redt, aber reden
solt." //
237 Ibi ille pluribus coeperat obgannire, sed avocabar per puerum ad Gallum, qui 47v
238 cum Hyberno advenerat. Cum in horto ingrederer cum Iona et Zdencoslao audiens
relationem per Ionam de Iglaviense, inter reliqua, quod acceptam a comite
pecuniam statim sequenti die eam ludendo perdiderit, accurrebat comes inquiens:
239 „Num Bohemus tibi dixit?" Cui ego: „Quiesce, quiesce et missum haec fac!"

Ille furenti similis statim discesserat ad puerum Bohemum illumque secum seorsum duxerat.
241 Post auditam sextam horam, cum in coenaculum essem ingressus, dixit mihi
in praesentia reliquorum obiiciendo: „Domine Proxene, das wer auch nicht recht
242 von euch, das ir die puben zur futzlerei gewenet." Ad quae ego: „Lieber gebt
243 euch jeczo zu // ruhe, tempus est coenae." Ille instans: „Prawil Czech, zie newy, 48r
kterak se zachowati; když neprawi, zie wy geho chczete mrskati, pakli powi, zie
245 ya ho peru. Než dal sem mu czistie, aby po druhy klewetami nessel." Atque
iterum repetivit se nolle pati, das man die puben zu futzlerei gewehnen sol.
246 Ubi ego: „Halt dochs maul, ich hab im nichts befohlen, ich wolt vngern achtung
darauff geben, wen sie mir gleich mit neuzeitungen komen wollen, ich hab des
247 nicht zu warten." Ille: „Ich frag noch euch auch nicht vil, ich hab euch nun gnug
248 gesagt, wolt ir nicht, so mögt irs lassen." Ego commotus: „Ey, so wil ich ja auch
249 dein brot nicht lang vmbsonst essen, das sol mir Gott helfen." Atque sic coenaculo
egressus sum. Ille me secutus dixit: „Je mer ich euch gedenk zw vorschonen, je
251 wenig ich mich vorhalt, ich sehe wol, es wil doch nichts wer//den. Nun wie sol 48v
ich im thun, ich mus Gott befehlen, ich wils nicht leiden, es gehe gleich, wie es wol,
das mir die puben mit futzlerei vmbgehen sollen." Ego: „Nun nunc last es mir
bleiben."
254 Et sic redii in coenaculum illeque mecum. Recitatis precibus assedimus men-
255 sae. Ubi iterum ille: „Wen wirt futzlerei unter uns sein, so wirt es nicht wol zugehen." Ego: „Est mit ruhe, last das bleiben." Hinc de variis cum hospite et reliquis sum collocutus.
258 A coena tempestive surrexi et ingressus culinam pueris coenantibus dixi:
259 „Gieste a po weczerssi przigdte nahoru." Hinc Zdencoslaum habui vocatum
eique dixi: „Ecce quid non noster attentet, sed ego compescam eum, quia mihi
hoc longe iniustissime obiicit, dum me insimulat, ac si pueros ad delationes adsue-
facerem, cum nihil peius // oderim, imo si qua in re pecco, certe in hoc delinquo, 49r
260 quod interdum negligentius de plerisque inquiro." Ille: „Nechte to až do zeytrži."
261 Cui ego: „Nolo istas simultates crescere et cras erit mihi iterum sumendus haustus
262 medicinalis. Quaeso descende, candelam accende et dic pueris et comiti, ut omnes
264 ascendant." Quod cum factum esset, dixi: „Domine comes, sede. Inquiremus de
265 negotio diligentius. Caedisti puerum praeter tuum officium et me insimulas nescio
266 quorum, praeter meritum et consuetudinem meam." Hinc me convertens ad
pueros Bohemice dixi: „Powiedź ty, Kwark, kazal gsem kdy tobie, aby ty mnie,
267 czo pan mluwi, oznamil, a to pod pardusem?" Puer dixit: Wa nerzekliste to
269 nikdy." Bohemus similiter. Comes statim assurgere, quod antea dixerat, miti-
gare, quod Bohemus dixerit, ze mu date pardus, kdyby on wam ne oznamil.
271 Dixi: „Sede, sede, tamen et de hoc inquiremus." Ille impatiens: // „Řžekli gsem 49v
kdy aneb chtieli gsem kdy tebe pro takowau wiecz mrskati?" Řžekl pachole:
273 „Wa nechtěli." Ibi impegit manum eius ori, ut puer se converteret et magno
274 eiulatu se ad vicinum lectum paululum secedens declinaret. Ego assurgens:
276 „Cur verberas illum?" Ad quae ille: „Warumb heist ehr mich liegen?" Subiunxi:
„Ja wol werden wir die sach also richten, habt ir das Gott, euhren eltern vnd
mir dermassen zugesagt. Nun so bleibs also, ich het euch uns andern vorsehen,
278 ich sag nicht mehr, das sollen euhre Eltern wissen. Nun kan ich nicht lenger

265 Caedisti p cecidisti

279, 280 vorhalten und schweigen." Atque ita in meum musaeum deflexi. Ille profecto
solito peius et petulantius multis obgannire et dicere: „Ja nur schreibt, was
281 frag ich darnach, ich wil auch wol schreiben, schreibt nur die warheit." Ego:
„Ich wil darumb zu keinem lugner werden, // es ist der warheit alzu viel." 50r
282 Ille: „Schreibt imer hin, wert ir aber anders schreiben, anders, dans ist, so solt ir
wol sehen, was ich darzu thun, wils euch mein leben lang nicht vorgessen vnd
283 widerumb treffen, wo ich kàn." Ego: „Ah lieber meiner, vmb söliche drenen beko-
284 mer ich mich nicht. Suscipiet Dominus custodiam inopum et Deus refugium
285, 286 meum. Da ist doch haut und har vertorben. Nun lieber Gott, ich kan im nicht
287 thun." Hinc nullum verbum ulterius protuli, ille pergere cum Zdencoslao alter-
288 cari, minas spirare. Zdencoslaus eum corrigere, hinc etiam eius minas contem-
nere, nec finis, donec semel atque iterum, tertio ac denique serio Zdencoslao
289 silentium mandarem et imponerem. Adiuva nos, Domine, salutaris noster, nanque
vix satis animo concipere possum, quam hoc me graviter afficiat, quam mihi ex
290 animo doleat meorum obsequiorum finem hac deformitate coinquinare. Inter
reliqua me accusavit et quasi incon//stantiae insimulavit, quod cum nuper 50v
dixerim me nunquam quidquam Ionae communicaturum aut crediturum, iam
291 iterum cum eo familiariter verser ac eam. Ad quod ego nihil aliud: „Warlich ich
wil euch wol den Leuthen zugefallen hold sein, aber zu keinem menschen freund-
schafft haben vmb euret wegen."

292 Doleo atque ex animo doleo spem et expectationem illustrium parentum falli,
293 amicorum metuentes opiniones de mea sorte et condicione confirmari. Sed mi
Deus, tu scis, quod si mihi consilii non est forte satis, mihi tamen nunquam ani-
mum abfuisse ab ea cura, ut Iulius aliqua severitate retentus in officio adhaereret
294 bonis literis et moribus. Fiat tua sancta voluntas, sed oro libera me sine calumnia
et difficultatibus propter nomen sanctum tuum et meritum filii tui, domini nostri
295 Iesu Christi. Amen. //

296 Ecce haec fuit sors huius vesperae, qualis utinam nunquam recurrat toto tem- 51r
297 pore meae vitae. Sanet dominus Deus vulnera nostra et iustificet nos sua sanctitate,
imbecillitatem nostram ipse sustentet et corrigat, ne qua similis aut maior adhuc
298 labes nostro exiguo et aerumnoso coetui aspergatur. Faxit hoc aeternus ille et
299 clementissimus Deus et clementer audiat gemitus cordis nostri. Iterum amen. //

300 XXIII. Mane hora VI ad recitandas preces ingressi sumus conclave Iulii, ibi 51v
mihi dixit: „Quaeso, domine Proxene, velis differre in aliud tempus, quia iam nihil
301 possum agere, propterea quod sum nimis turbatus." Cui ego: „Faciam meum
302 munus." Quare iussi puerum recitare preces, interim Iulius exivit habitatione.
303 Precibus finitis iussi puerum Kwark in meum conclave transire ibique mihi prae-
304 cedentem lectionem exponere. Hoc labore finito iussum puerum meum musaeum
purgare rogavit comes, ut ad se digrederer, quod ubi factum, primum conqueri,
quod cum de me spem habuerit longe maximam, sentiat me alieno a se animo;
305 quod ad hesternum attinet, se impatientia lapsum et indignatione. Rogare, ut
erga se sim animo amico et benevolo atque ut sibi condonem, quicquid unquam
adversum me deliquerit idque // se iterum atque iterum, quam posset maxime 52r
306 rogare et obtestari. Equidem se agnoscere, quod saepe indignius quam conveniat
meae personae et meritis me tractaverit inscitia quadam et animi impatientia,
quod videret animo me esse in se averso et alieno et iuvenili ferocia et inscitia,

279 *ante* Atque **p** *del.* Ille me

at nunquam se alterius fuisse instituti aut propositi, quam ut me ex animo com-
307 plecteretur perpetuo. Quare se rogare, ut modo queam animum erga se bene affec-
tum ex me deprehendere, se omnia facturum, quae fuerint frugi hominis et disci-
308 puli. Praeterea, ut se diligenter, severe et saepissime moneam officii, habiturum
se omnia grata ut quam gratissima, oboedientiam praestiturum, si unquam alias,
309 summam et maximam. His et similibus verbis addebat lachrymas et gestus mode-
310 stissimos. Ad quae ego breviter: „Quantum ad me attinet, non multum sum laesus,
sed te meminisse oportuit Dei et voluntatis paternae, quia // scis mihi hanc per- 52v
sonam esse impositam post magnas preces et promissiones.
311 Puer Bohemus iniuste est caesus quocunque tandem iudice, vel aequissimo vel
312 iniquissimo. Nam quod dicis eum fassum esse, quod illi fuerim minatus, tua
313 vehementia ab eo extortum est. Tam non amo, nedum mando delationes, ut, si quid
pecco, ea in re peccem quod de plerisque negligentius inquiram et animadvertam.
314. 315 Sed quod petis tibi condonari tua admissa, ea tibi remittat Deus. Ego faciam
meum officium fideliter, te vicissim rogo, ut, quicquid est reliqui temporis, memor
316 officii diligentiam adhibeas et modestiam colas. Nam cum animadvertam te minus
amplecti diligentem tui custodiam, superabo qua possum animi inductione fasti-
dium reliqui temporis."
317 Ille assidue idem, quod prius, rogare, officium et modestiam cum summa oboe-
dientia promittere, donec extracto col//loquio ultra integram horam ab eo dis- 53r
318 cessi. Hinc ille ad ientaculum prodiit.
319 Ego re adhuc melius examinata, ne forte qua mea severitate frangeretur, ad
320 eum reversus sum, ut de quibusdam monerem. Quare dixi: „Venio, ut tibi satis-
321 factionem imponam non gravem. Fateor me non esse adeo generoso animo, ut
cito possem ex animo delere acceptam iniuriam, habeo enim nonnihil de philo-
322 sophiae melancholia, quae mihi saepe reducit illatas offensas. Sed ut totum hoc,
quod factum est, inter nos computrescat, ages cum praeceptore, ut eum quoque
placare possis et rogabis, ne sit nimis acerbus censitor tuae impotentiae et affec-
tuum necnon ut conticescat tum reliqua, tum ea, quibus ille laesus est atque offen-
323 sus. Hinc quia iam fere a semestri valetudine fui saepe impedita, propter quod non
ubique te potui comitari, iam vero prorsus sum eo animo, ut legum studiis dili-
gentissimam navem ope//ram et lapsi temporis iacturam resarciam meque posthac 53v
non vitae scholasticae potissimum praeparem, sed ut alicui honestae reipublicae aut
magnifico vel illustri domino servire possem, non dabis mihi vitio, si aliquando,
324 dum tu prodeambulaveris, te non fuero secutus. Tamen ubicunque videro, quod sit
futurum ex tuo honore, ut ego adsim praesens, faciam diligenter meum officium.
325 Interim quoties in publicum prodis, sit certus locus, quem velis petere, ne sit opus,
326 ut soles, per varias platearum ambages discurrere. Neque captes occasiones tui
327 immergendi in sodalitia, quibus tempus negligas aut ad crapulam adsuefias. Hinc,
quod es conquestus de mea severitate, saepe minus fui delectatus tuis colloquiis,
328 quod subinde praetextu satereris ad aliquod extorquendum vel impetrandum. Quaeso
329 itaque, ne hoc fiat in // posterum. Si quid fuerit postulandum, sine ambagibus 54r
330. 331 dixeris. Necessaria tibi sine exceptione ementur. At ubi intellexeris aliquod fieri
non posse, aut me non sine maxima molestia concessurum, quaeso mihi parcas,
quia animum semel turbatum non facile revocare possum.

316 diligentem **p** *corr. ex* diligenti

332 Et quia apud Ionam saepe meam autoritatem elevasti, quae mihi in posterum
molestiam, meis vero tristitiam parere possent, si ille in mea patria effutiret,
honestius posthac de me coram eo loquaris neque vero indulgeas in tantum tuis
affectionibus."
333, 334 His omnibus se acquiescere et sedulo operam daturum promisit. Quare ex
intervallo unius horae Zdencoslao fuit locutus, ut existimem ei quoque satis-
factum esse.
335 A prandio dum essem in lectione, duo adolescentes nobiles venerunt ad Iulium,
quorum conversatio cum sit suspecta, comes sua sponte ab illis se extricavit, cum
fingeret sibi esse abeundum. //
336 Hoc ipso die mane post horam sextam rursum aposemate usus sum atque coepi 54v
337 cum appetitu comedere et bibere. Fortunet Deus hoc melioris valetudinis initium
et clementer largiatur eius integram recuperationem, ut ego diligenter studendo
338 Dei et patriae gloriam longe lateque spargere possim. Amen.
339 XXIIII. Clepsydram emeram Iulio a puero Galiardo Picuin, cuius pater Bur-
degalis est professor iuris et advocatus parlamenti, unde est appellatio ad Parisiense,
340 a Tolosano autem saltem evocatio. Est hic puer bonae indolis, nisi quod custode
341 remoto licentior est in dictis. Cum vixisset Aureliae, Hugenotorum doctrina est
342 imbutus, quam pertinaciter tuetur. Unde Iulio interdum disputatio fuit cum eo,
sed erat Iulius ad eam rem impar.
343 XXV. Hoc die per Zdencoslaum pharmacopaeo solvi pro aposemate, quo
ternis dosibus usus eram, 20 solidos famulo. //
344 Dimissus est Iulius in vicinum forum, ubi duo facinorosi suspensi sunt, qui cum
essent bene vestiti, alter etiam iam cano capite, longo tempore Parisiis pro nobili-
bus habiti, homines depraedati sunt.
345 XXVI. Flumen transfretavimus atque in insula episcopalem aulam lustravimus.
346 Hinc templum ingressi, Iulius mihi locutus est de vestibus comparandis, amice.
347 Ego dicere deesse nunc pecuniam, praeterea me illud negotium perscripsisse ad
dominos, a quibus quidcunque mihi fuerit per literas aut nuntium impositum, me
348 facturum libenter. Ille brevi adfuturum regem, ad quem poterit adduci per comi-
tem Reingravium, ut sibi rex manum porrigat.
349, 350 A prandio se domi continuerat. Ego prodii in contionem ad s. Severinum, ubi
351 tota contio erat de imaginibus. Redarguebat sacerdos quendam episcopum de-
functum, item consuetudines aulae, quod pro tapetibus pingerentur amatoriae
imagines, quippe tales esse cogitationes, quales sunt commonefactiones.
352 De Hugenotis // dixit: Celebrant nocturnos congressus, potius nocturnos con- 55v
353 cubitus. Homo affectionum admodum impatiens.
354 XXVII. Iulius in palatium dimissus a prandio, cui praeceptor ibidem emerat
355 cingulum pro 35 solidis. Ego emi picturam urbis Parisiensis 5 solidis.
356 A prandio dedi lectori Institutionum, cuius famulus ad ianuam excipiebat,
357 δίδραχμον 12 solidos. Praeceptori Zdencoslao domi reliqueram duos taleros
Philippicos, ut inde cederent 80 solidi pro pretio unius mensis, 5 reliqui pro parte
pecuniae pro chirotecis, quas aestimabat 12 solidis.
358, 359 XXVIII. Emi biblia Latina, Lugduni edita. Hora tertia comite Huberto Bal-
360 duinum invisi eique collocutus. Cui cum significarem ad nos perscriptum, quod
expectetur ipse ad proximas Calendas Octobres Duaci, ridens respondit: Gallis

343 ternis p *corr. ex* ternas

361 proverbio dicitur: Ut celebrentur nuptiae, utriusque consensus requiritur. Illi boni
362 putant stipulationem esse obligationem. Hinc // plurima ultro citroque collocuti 56r
363 sumus de academiis cum Germaniae, tum Galliae. Cum iam vesperasceret, duxit nos in vicinum hortum, per unum mensem extructum in aedibus principis.

364 Dixit Hubertus hoc die edictum regium de deponendis armis publicatum.
365 Arcem regiam vidimus, quae dum fuerit absoluta, se nullam vidisse similem in
366 orbe christiano dixit Hubertus. Totum enim illud aedificium lapidibus quadrangularibus constituitur columnis lapide solido, quin et parietes tam intrinsecus quam extra ita consolidantur artificiose, ut multorum lapidum contignatio quasi solidum tabulatum appareat.

368 369 ⟨29.⟩ Dies s. Michaelis. Venam secundo incidi. Erat sanguis non multo purior
370 quam antea, tamen hic fuit finis primae curationis. Coepit chirurgus admodum male ominari de mea sanitate, unde ego in maerorem coniectus dies aliquot solicitudinis plenos exegi. //

371 A prandio in collegio Navarrae exhibitae comoediae, ubi inter reliqua historia 56v
interfecti Guisii repraesentata, quia ibi duo filii eius una cum eo, qui est naturalis cardinalis Lotharingici, educantur et instituuntur.

372 XXX. Misi literas ad Andream Lekesch et Hermannum Quardt Duacum, simul etiam fasciculum literarum Guilielmo Bruxellensi inscriptum, cui incluseram
373 literas ad Magistrum Iacobum Warwaziovinum. Et quia Iulius scripserit ad utrumque parentem, et quidem ad matrem admodum prolixe, iussi, ut me de silentio excusaret apud parentes, quia propter adversam valetudinem multa scribere non
374 potui, quod se fecisse in literis ad sorores respondit. Nuntio per Ionam dedi unum solidum neque enim tunc plures habueram, dum redierit.

376 Ecce alter mensis finit. Tibi, Domine, laus et gloria, qui nos custodis in virtute tua. //

## ⟨IV.⟩

1 October. 57r

2 ⟨1.⟩ Hora 4 vespertina comes a Waldek miserat equum in nostrum hospitium accersens Iulium, qui dimissus per eundem adductus est ad comites a Wistenburgk et Barby, tunc ad Rheingravium, ubi in coena remansit Iulius.

3 Praeceptor cum puero Bohemo domum reversus est ad coenam, qua finita
4 omnes iunctim rediimus in aedes Rheingravii reductum Iulium. Qui cum ex aedibus Rheingravii [aedes] cum comite a Waldek in eius hospitium esset reversus insalutato comite, quia admodum ebrius erat ille, domum abire iussus est.

Sed quia ab ipso Rheingravio erat Iulius invitatus ad prandium sequentis diei, hora 10 deduximus eum ad supradictos comites, unde cum itum esset in diversorium Rheingravii, Iohannis Philippi Wilt- vnd Rheingraff, eundem adhuc in lecto decumbentem offendimus, quare comites in palatium vicinum expatiati sunt, dum
6 tempus esset prandii. Ego et praeceptor sic praecipiente comite a Barby cum nobilibus utriusque comitis pransi, // quorum natu grandior retulit mihi comitem Rheingravium integros menses quatuordecim habuisse ingentem exercitum equitum et peditum, verum toto illo tempore nullum fuisse sacerdotem, qui
7 vel contionatus fuisset vel aegris sacramentum administrasset. Concordat cum eo, quod Hubertus retulit, quendam nobilium Galliae dixisse: Alii credunt in
8 novum, alii in veterem Deum, Rheingravium puto in nullum prorsus credere. Male

convenit illi cum coniuge, quam Casconam duxit, quod vetula est, quod tres filii,
quorum unus nuper ad Portum gratiae ictu bombardae interemptus, quod illa
nimium splendida et sumtuosa.
9, 10 In coena iunctim fuimus apud comitem a Waldek. Ibi quia accubitus protractus
in multam noctem, Zdencoslaus et Kwark ibi cum Iulio permanere iussi.
11 III. Hora octava venit in nostrum hospitium significans regem in suburbio pran-//
surum in aedibus principis N., ubi hortus novus condebatur, quem nuper vidi- 58r
12 mus. Quare ego illud comiti significavi, verum maluit ille apud comitem de Waldek
manere.
13 Ego et Ionas exivimus, et cum primum aulam ingressi essemus, audivimus ibi
14 tibicines regios ad mensam tibiis accinentes. Hinc coenaculum petiimus, ubi vidi-
mus regem Carolum IX. cum matre regina prandentem.
15 Est regina facie lata eaque albicante, naso adunco, emplastrum ad dextrum
oculum in fronte gerebat, veste induta nigra de zatin, ut vocant, humili loco sedens
ad mensam, quam salutant inter prandendum alter post alterum exosculando prius
16 eam ad humerum sinistrum. Illa et prandere fortiter et respondere.
17 Ad dextram assidet filius Carolus rex, annos natus 13, facie eleganti, grandiusculo
18 naso, unde eum iracundum praedixeram. Pro tapetibus undiquaque cingulis auro
intextis symbolum reginae insutum, contra spem utrinque literis claudentibus
K.P. //
19 Peracto prandio gynaeceum ingressum erat, idem coenaculum et cardinalis 58v
20 Borbonius. Mirabamur strepitum et colloquentium vociferationes ignotas nostrae
21 aulae. Quin et dapiferi non magno ornatu aut reverentia mensam salutant, quam
22 undiquaque pressim stipat commista hominum aulicorum multitudo. Hic per-
23 cuti. Regina cum rege in superiorem contignationem ascendit.
24 Iulius apud comitem a Waldek coenatus est, quem a coena domum reduximus.
25 IIII. Comes Iulius accepto equo comitis a Waldek cum comite a Wistenburgk
in aulam regiam, quae distat Parisiis una leuca, profectus est, quo ego et Ionas
eum secuti sumus.
26 Est arx in celebri loco et opere conflatili testaceo multum exornata, columnis et
27 porticibus ex intervallo dispositis conspicua. Fertur aedificata a Francisco Primo,
qui cum esset captivus Caroli Quinti in Hispania, in arce Mardryan fuit custo-
ditus, ad cuius similitudinem // rex Franciscus reversus istam aedificavit sperans 59r
28 fore, ut ipse quoque aliquando captivum custodiat. Dicitur situs et cetera omnia
29 quamplurimum referre Hispanicum Marderyan. In gradibus conchylibus lapides
angulares sunt excavati, ut sit idem introitus usque ad fundum arcis, ita ut imum
conspici non possit.
30, 31 Inde abiimus ad tentoria, ubi assumto puero Kwarkio pransi sumus. Prandio
finito in arcem reversi sumus ad Iulium, ubi vidimus venationem, primum duorum
ursorum, hinc duorum boum, qui ferebantur ex Anglia adducti, ultimo leopardis,
qui quoties in eum canes irruissent, humi se abiecit et dentibus aliquem canium
32 apprehendit. Spectaculo interfuit rex ipse cum fratre Alexandro natu minore.
33 Vidi quoque in consessu dominum de Montmerancy et Michaelem Hospitalem
cancellarium, hinc plurimos duces: cardinalem Guysium, fratrem eius dominum
de Donmal et alios, quorum nomina mihi exciderunt. //

*Fol. 58v in marg.:* Mardery
21 mensam p mensa

34, 35 Sub meram noctem in urbem reversi sumus. Comes Iulius apud comitem 59v
Vistebergium pernoctavit, unde mane per me domum reductus est.
36 V. Dum Iulius fuisset deductus ad comitem de Waldek, ego apud advocatum
Moygnen egi de hospitio, de qua re cum diceret se locuturum matri, die sequenti
37 me rediturum dixi. Sed quia sequenti die mihi iterum exeundum fuit in Mardry,
quo erat profectus Rheingravius, ut ibi eum compellarem de literis assecurationis
pro peregrinatione in regno Galliae, dilatum erat in diem sequentem.
38 ⟨6.⟩ In reditu vidi regem, hinc filium interfecti Guisii, denique Alexandrum du-
39 cem Aurelianensem, venatum ex aula discedentem. Habuerunt aliquot cervos
in illo fruteto obvios, quos ipse quoque conspexi.
40 Rheingravio locutus, respondit mihi sufficere adhuc ad eam rem satis temporis,
se non daturum illud oblivioni. //
41 VII. In novo hospitio vetula dixit nobis pretium 320 coronatorum, ego dixi 60r
me illud ad comitem relaturum et deliberandi spatium nos sumturos.
42 Comes Iulius in coena multa contendebat cum Soulier et parvo puero Picuin
et magno zelo, ut vix reprimi potuerit.
43 VIII. Offerebam 300 coronatos pro novo hospitio significans advocato nos
nihil habere, quod conqueramur de nostris hospitibus, laute satis nos accipi, habi-
tationes esse capaces et commodas, nisi quod sit consortium cum adolescentibus
liberioribus et non usque adeo disciplinatis.
44 Ille avocans matrem eidem significavit nostram oblationem, at illa uno verbo
respondit, quod nollet, ad quae ego quoque nonnihil commotus discessi
neque nos daturos plura dicebam.
45 Iulius, cum ad eum ista referrem, nihilominus impotenter admodum urserat
emigrationem, quod ipsemet sentiat suos mores ex praesenti consortio abire in
46 peius. Quare Zdencoslao iniunxi illuc redire et cum advocato agere, si posset
47 eum vel ma//trem flectere. Sed nihil impetratus, nanque vetula praetendebat 60v
omnium rerum esse non modo ingentem caritatem, sed et penuriam, quia rex 7.
48 Octobris in urbem appulerat. Neque dum Iulius acquieverat, quare coactus
tandem consilium apud memet inii, ut acquiescerem dicto pretio.
49, 50 IX. Quae erat dies Dionysii. Ego cum Iona et Iacobo Welsen in vicinum oppi-
dum expatiati sumus, quod priusquam fieret, Iulio permisi, ut ipse cum Zdencoslao
ad hospitam de Noneau abiret atque cum ea quasi aliud agens (nanque erat saepe
alias invitatus illuc venire) pacisceretur, aut si nihil omnino posset obtineri,
promitteret se effecturum, ut habeat, quod petit, integrum.
51 Cum in suburbium venissemus, incidimus in Helvetos Parisiis discedentes in
vicinum oppidum N. per duo miliaria, quia inter reliqua id Parisienses a rege, ut
52 deponerent arma, efflagitarunt. Erat multitudo quinque vexillorum, turba promi-
scua, plerique laceri, iuvenes. //
53 Hinc recta Dionysium perreximus atque oppidum ingressi statim templum 61r
54 petiimus, ubi episcopus Atelanensis celebrabat sacrum. Homines catervatim
accurrebant ad exosculandas reliquias s. Dionysii in loco eminentiori, tunc cruce-
55 fixum in inferiori. Crucefixus aureus aberat, quia priori anno propter motus
Galliae inde una cum reliquis, quae thesauri loco asservabantur, fuerat semotus
melioris custodiae gratia.

36 *ante* Moygnen **p** *del.* egi
47 caritatem **p** *corr. ex* charitatem

56 Hinc sepulturas regum lustravimus, quarum praecipuae sunt regis Francisci
Primi ad dexteram, cuius effigies una cum coniuge et liberis in summitate exculpta
in morem supplicis et orantis, inferius ex marmore sculpta imago defuncti et
57 coniugis. Apparet hominem fuisse robustum, procerum et nasutum, unde se ipsum
58 Franciscum du grand naess appellare per iocum solitus. In ipsa basi circum con-
flictus belli ad Parisiensem urbem in marmore affabre sculpta est. //
59 Ludovici Duodecimi ad sinistram paene eodem modo extructa et sculpturis 61v
exornata, nisi quod circa basin XII apostolorum imagines sint affabre effigiatae.
60 Non procul a summo altari sepultura est Caroli Octavi, hinc reliquorum regum
61 sparsim in eodem templo. Sed plurimum artificii et impensarum videntur dictae
tres sepulturae habere.
62 Fert consuetudo, ut hoc die in summa missa (ut vocant) epistola et euangelium
in ipso choro ⟨prius⟩ Graece cantando recitentur, quam superne Latine fuerint
63 decantatae. Ad euangelium nos interesse contigit.
64 Est eius loci dives abbatia, quae agnoscit suum dominum cardinalem Lotha-
ringium, sed aedificia sunt fere desolata, praeterquam quod pleraque recens reaedi-
ficata.
65, 66 Hinc hospitium ingressi pransi sumus. Inter prandendum vidimus circulatorem
summa arte saltantem et sese inflectentem utrobique // adhibitis pugionibus. 62r
67 In oppido celebris est mercatus propter equos, qui illuc potissimum a Geldrensi-
bus adducuntur et venum exponuntur neque quidquam praeter templum oppidum
istud solenne habet.
68 In reditu collem urbi Parisiensi ⟨eminentem⟩ ego et Ionas conscendimus, ut
inde lustraremus urbem, quare cum primum illuc conscendissemus (vocatur
usitate la Chapelle, cui praesunt monachi), inter lustrandum urbem Parisiensem
statim protuli Pragensem in ambitu longe maiorem esse, at Parisiis plures esse
domos pluresque inhabitatores, idque triplo, quod et verum est.
69 Denuo quod in vicinio Parisiensi undiquaque sint aedificia et suburbium, qua
70 itur ad s. Dionysium, nonnihil longius se extendat ab aedificiis urbis. Es ist Prag
nicht so leicht vberzusehen, auch nicht so eng gefast als Paris, Paris aber kegen
Prag ist wie ein gemalte Stadt, von grosser mänge der Heuser, der dacher vnd
Schilte man sihet.
71, 72 Ad coenam domum reversi sumus. Iulius apud comitem de Waldek pernoctavit,
quia // tunc primum immigraverat aedes conductitias in suburbio ad s. Ger- 62v
manum.
73, 74 ⟨10.⟩ Dies, qui erat dominicus. In aulam regiam cum reliquis se contulerat, ubi
75 regem cum regina viderat. Hinc ad prandium cum eodem de Waldek reversus.
76 Circiter vespertinas preces domum reversus statim me secretum petiit, primum
77 exponens, quod cum vidua de hospitio transegerit, ut iusseram. Hinc pe̊r consi-
liarium quendam domini de Rogendorff, hominem honestum et spectatum, pro certo
edoctum, quod nuptiae non longe a festo paschatos sint celebrandae sibique
eundem consuluisse, ut captet occasionem ad eam profectionem emergendi aliqua
honesta condicione, qualis est praefecti camerae apud reginae filiam in Bohemiam

66 saltantem **p** saltem
68 *ante* Pragensem **p** *del.* Parisiensem
74 *ante* In **p** *del.* apud

78 abducendam. Quare se rogare, quidnam mei sit consilii, sibi videri, ut per Rhein-
gravium et reliquos comites Germaniae, qui nunc in Germaniam iter parant,
literas scribat domino patri, ut possit aulae tradi, // habere circiter 6 equos et 63r
hominem secum aliquem sapientem et doctum, per quem nihilominus singulis
diebus mane, priusquam adiret aulam, in bonis literis, praecipue autem in historiis
79 imbueretur. „Te", inquit, „nolim hoc onere gravare, quia video, quod velis adhuc
80 tua iura studere." Dixitque haec omnia plenus animi et spei ad novum illud vitae
81 genus. Ego respondere: „Verum est laudabilem futuram illam profectionem, cui
nemo non nobilis et generosus optet interesse, sed mihi hoc videtur, ut scriptionem
differas, dum a parentibus literas habeas ad tuas, ne forte redarguamur inconstan-
82 tiae. Neque enim dominum parentem latebit, si quid certi fuerit de ea profectione
sperandum, cuius quin ipse sua sponte te velit partem fieri nullus dubito.
83, 84 Alterum est, ne tam liquido exprimantur sex equi et similia. Sed si fuerit scri-
bendum, totum illud negotium parentibus committas, ubi prius significaveris, qua
nam tibi videatur commoditate in aula vivere, praecipuum; laudabit parens hanc
tuam modestiam neque vero dubito, quin ipse dominus parens iam in numerato
habeat suas quoque rationes tui promovendi. //
85 XI. Iam ille hoc spirare perpetuo: literarum scriptionem praetendere, simul 63v
86 et migrationem. Ego statim ubi diluxit, rationem subduxi cum hospite Sebastiano
Denys pro extraordinariis illique mandare, ne posthac cuiquam quidquam mutue-
tur sine meo iussu aut precibus.
87 Hinc in alterum hospitium ivi significatum nos die sequenti ad prandium im-
88 migratum ire. Dominus Mygnon ipse contendebat hoc posse differri in dies aliquot,
89 at ego dicere eum esse diem finitae hebdomadae. Quare apud eius matrem hoc
obtentum, ut dies sequens esset transmigrationis.
90, 91 Ad coenam invitati Iacobus Welsen et Fredericus Resner. A coena in habita-
tionem Ionae deflleximus, ubi ego inter colloquia cum eis haeseram fere ad duo-
92 decimam horam. Illi postea sessionem protrahere ulterius, ut hospita surgens
eos cubitum ire cum vociferatione iuberet. //
93, 94 XII. Octobris. Mane circiter horam septimam, cum hospes adhuc in lecto decum- 64r
beret, accessi ad eum significans comitem immigraturum hospitium aliud, non
equidem, quod sibi quidpiam displiceat in suis aedibus, sed quod amicorum suasu
95 iubeatur ibi esse, ut sit nonnihil remotior a tumultibus adolescentum. Eum itaque
una nobiscum agere gratias pro hospitalitate nobis exhibita et officiis simulque
96 rogare, ut nobis benigne condonet, si quid ex nobis profectum eum laeserit. Nec
aegre ferat nostram abitionem, cum hodiernus dies sit finis duorum mensium et
97 mihi ipsi non satis certo constiterit de abitione ante diem hesternum. Si quid
fuerit solvendum, me omnium nomine illi testaturum grati hospitis officium,
denique nos precari illi, coniugi et familiae omnia felicia et fausta.
98 His peractis statim pueri sunt iussi supellectilem transportare in alteras aedes,
ego ientare in habitatione Ionae. //
99 In prandio convivae adfuerunt Hubertus Languetus et Andreas Wechel, qui 64v
100 recens erat Francforto reversus. A prandio rei domesticae operam dedimus
atque quae fuerunt reliqua ex priori hospitio exportavimus.

97 *ante* illi p *del.* eius
*Fol. 64v in marg.:* Hubertus et Vechel

101 XIII. In priori hospitio Sebastiano Denys hospiti claves habitationum tradidi
et quod supererat de summa prius memorata computando omnium plenariam
feci solutionem, famulae 13 solidos dandos ei relinquens.
102, 103 Wechelius miserat libellos ad Iulium inspiciendos et eligendos. Quare retinuit
duos libellos precum simul in unum volumen compingendos, Germanicum cate-
104 chismum Luteri et summarias Annotationes Viti Theodori in Biblia sacra. Eos ut
curaret tempestive compingendos rogavi, simul etiam Historiam Bohemiae ab
Aenea Sylvio conscriptam.
105 Hoc die semel atque iterum quaesivi doctorem medicum in suis aedibus, verum
non // offenderam. 65r
106 XIIII. Medico locutus sum, qui suasit, ut repeterem priorem curam atque vino
temperantius uterer, quin et cibo tam in coena quam in prandio.
107, 108 In palatio arcis emi duas lagenas vitri, sex solidis. Cum Zdencoslao a prandio
arcem Parisiensem lustravimus.
109 Iulius retulit se audivisse, dum esset apud comitem de Wistenburgk, dominum
a Rogendorff in suis aedibus, quas non procul a Lutetia habuerat, interfectum
110 esse eiusque bona iam per alium a rege impetrata. Item in dubium passim revocari,
111 sintne nuptiae regno successum habiturae, an vero minus. Se iam ab ea cura remit-
tere et persistere in priori proposito, quod erat, ut literis et linguae Gallicae adhuc
per annum vacaret.
112 XV. Ego et Iacobus Welsen locuti sumus doctori Iohanni Tanardo, ut lectio-
nem tituli De verborum significatione institueret ad primam horam pomeridianam,
quod et se facturum // promiserat. 65v
113 Erat autem hic Tanardus, qui cum pretio Institutiones Iustinianaeas ultimo
Septembris coepisset docere in collegio Longobardorum, hucusque iam titulum
de legatis absolverat, homo doctus et in iure annos 30 continuos cum magna laude
versatus.
114 XVI. Sensi magnas molestias, languorem corporis, gutturis arrosionem propter
sumtum haustum, de quo cum essem conquestus apud doctorem medicum, nihilo-
minus ipse me confirmavit in continuanda cura.
115 Iulius hoc die solito negligentius scripserat argumentum, ut saepius impegerit
116 in grammaticam. Ad coenam reversus Magnan mihi collocutus est de Mizaldo,
quem dicebat beneficiarium Orontii fuisse familiarissimum, ita ut etiam suspicio-
nem incurrerit de suscepto filio ex coniuge eius, quem Mizaldus secum alit.
117 Hinc de Ramo, cuius collega Taulaeus creditur quasi eius praeceptor fuisse.
118 Illum retulit Fredericus Resner morbo Gallico periisse, cum de // nulla re fuerit 66r
119 minus suspectus quam de libidine. Tamen eo morbo cum semel infestaretur, nun-
quam potuit liberari, etiam consultis omnibus fere medicis Parisiensibus, usque
adeo erat ei ille morbus serpendo letalis.
120 XVII. Ego et Zdencoslaus exibamus statim sub diluculum ad sacellum in colle
eminenti ad Parisios, ut inde ipse quoque lustraret urbem, sed praepediebat nobis
121 visum densissima pruina, ut nec ipsum locum errando potuerimus contingere. Quare
in suburbium reversi ibi ientavimus et insumsimus 7 1/2 solidos pro lignis, cibo
et potu.
122 A prandio cum Iulio ad flumen sumus expatiati, domum reversi; ego et Zden-
coslaus doctorem Iohannem Tanardum invitavimus ad prandium sequentis diei;
hinc cerevisiam simul bibimus, quia iam tunc quoque morbus coepit me infestare,
123 qui ne mihi aliquod mali facessat, metuo. Nam cum hactenus mihi corporis vires

124 non parum depaverit, forsitan et vitam attentabit. Sed tu, domine Deus, adiuva me, ut pie vel vivam vel moriar secundum magnam misericordiam tuam. //
126 XVIII. S. Lucae. Fuit in prandio doctor Ioh. Tanardus, ubi utrobique multos 66v
127 sermones contulimus. In studio iuris mecum consensit, ex initio diligenter legendum textum et commentarios recentium adhibendos, Bartoli, Baldi, Lasonis et aliorum lectionem ad maturitatem iudicii relinquendos, ut qui praeter praxin pauca habeant propter ignorationem linguae, artium et historiarum.
128 Academiam Charoensem nunc propter doctorem...multum florere, ut filia paene matrem, Tolosanum, devoraverit.
129 Iohannem Landuegium esse eloquentem, sed Dolae, cum Gallis existeret quae-
130 dam contentio cum Burgundionibus, illos ab eo canes fuisse appellatos. Quare cum Parisiis intimaret publice de praelectione Institutionum, submonitum eum se subduxisse metu verberum.
131 Balduinum esse virum doctum, verum sibi malam conciliare famam propter
132 inconstantiam et levitatem in religione. Hisque multa alia similia.
133 Cum pueris famulus eius et puer lakay pransi sunt, hinc eum deduxi domum. //
134 Dominus comes a Waldek misit equum in nostras aedes rogans ad se venire 67r
Iulium, quare cum praeceptore illuc dimissus.
135 In coena fuit mecum Ionas, peracta coena in meum conclave ascendimus atque Iacobum Welsen per literas ad nos invitavimus, qui cum sine longa mora advenisset, in camera Iulii considentes cecinimus atque duos cantharos vini simul exhausimus, hinc cubitum quisque nostrum se contulit.
137 XIX. Iulius post sextam domum reversus est, octava in lectionem abii. Hinc orationem doctoris ... publicam audivi, quam in assessu reliquorum professorum iuris habuit, inter reliqua dicens Lutetiam annos 475 iam habere legum, praecipue
138 canonicarum professionem. Hinc cum de legum studio diceret, auditores suasit Bartoli, Baldi, Lasonis et Castrensis lectione esse contentos.
139 Hora peracta in Sorbonam nos contulimus, ubi quidam ex Iacobinis monachis
140 (ut vocant) pro gradu doctoratus disputavit. Sed erat rarissimum illud auditorium
141 et prior ipse prolixe admodum propositiones examinabat. Quare inde regressi domum reversi sumus.
142 P. Ramus coepit enarrare grammaticam Gallicam, sed propter frequentiam auditorum non potuit exaudiri. //
143 Collum mihi insolito plus doluit, quare illud, priusquam irem cubitum, suasu 67v
advocati aceto gargarizando elui, hinc vinum album admixto saccaro ebibi et fomentum calidum collo circumduxi atque cubitum me contuli.
144 XX. A prandio cum Iona Mathiasch conscendi arcem collocuturus Rhein-
145 graffio de literis publicae securitatis. Suasit ille, ut regiam aulam in Lotharingiam
146 sequeremur, ibi futura hastiludia et ludos. Ad quod ego: „Si possit hic impetrari, commode admodum nobis accideret, quia sumtibus hoc tempore non usque adeo
147 bene instructi sumus." Ad quod ille: „Was seit ir schulmeister vor seltzame Leuth, wen ir mit iungen Herren in frembde Lande zihet, das ir sie nicht dahin furet, da

124 *ante* pie p *del.* vel
*Fol. 66v in marg.:* Tanardus cum pueris
*Fol. 67r in marg.:* Ionas Mathiasch in coena
137 canonicarum p canoniarum
138 diceret p dicere
147 *ante* ir mit p *del.* auch in frembde

148 sie möchten etwas sehen [möchten]. Wan ir schon gen Orlientz reiset, so sehet ir
149 stein und pfleke vnd ziehet zu einem thor ein, zum anderen auss." Darauff ich
geantwortet: „Ich kan nicht darfur, das mein Herr hierzu nicht gelt schikt, ich
schreib im vleissig und zeitlich gnug darvon, doch wil dem // Graffen davon sagen, 68r
150 das er zw Euren Gnaden kvmb, so mag sie im selbs davon sagen." Atque ita
salutato eo ab illo discessi.
151 Domum reversus Iulio, ut acta sunt, retuli et me impatienter ferre huiusmodi
compellationem significavi nec quieturum, quin eum de mea condicione instruam
melius vel oratione vel scripto, ne forte putet me non fideliter fungi officio.
152 Hinc in lectionem abii, qua finita Iulium in aulam deduximus, ubi Rheingravio
locutus dixit illi regem cum aula abiturum in Lotharingiam, se suadere, ut illuc in
postea sequatur, plurima ibi conspicienda fore, quod et linguae Gallicae operam
153 melius et commodius dare possit. Atque sic eum a se dimisit.
154 Iulius iterum animum accipere et ambigere de studiis, spirare illam peregrina-
155 tionem. Sed mihi excusare tunc facile erat, quod pecunia deesset.
156 Lazarus Sswendi praecipere, ut a sodalitio cohiberetur, hic arguere, quod non
peregre circumduceretur, cum vix pecunia ad quotidianum victum sufficiat. //
157 XXI. Iulius mane mihi dicere: se noctu considerasse hoc, quod a Rheingravio 68v
158 propositum esset, sibi hoc tempore accidere impossibile praestitu. Ego nihil aliud,
praeterquam ut animo sit minus distracto, studia potius et quae sunt praesentia
159 curet eoque totum se componat, ut Deo et parentibus oboediat. Satis tempestive
illum perventurum in aulas et parentibus fore consilium expeditius eius promo-
vendi, quam si ipse multum sese torquendo sit sollicitus.
160 Hinc petiit se a prandio dimitti ad comites de Wistenburgk et Barby, ut posset
inquirere, quidnam sit illud tam regium, quod in Lotharingia spectari posset.
161 Rediturus domum fuit a comite a Waldek interceptus atque ad capitaneum Ost
coenatum perductus.
162 A lectione Tanardi domum me comitatus est Iacobus Welsen, paulo post suc-
163 cessit Franciscus Hollandus, qui nobis Duaci convixerat. Bibimus simul duas
pintas vini.
164 Cum esset tempus coenae, Bohemus domum reversus nuntiavit comitem Iulium
apud capitaneum Ast esse cum Waldeko in coena, quare empta face a coena pro
illo reducen//do in hospitium capitanei abivi, ubi in doctorem Sylvium Gaudanen- 69r
sem incideram illique de variis rebus eram collocutus tantisper, dum comes domum
rediret.
165 XXII. Iulius mane plurima referebat de comitibus et capitaneo, quam nullam
deprehendat synceritatem, gravitatem aut fidei constantiam, unde colligere fuit
quaedam fuisse, quae eius palatum et stomachum offenderint ex sermonibus
eorundem.
166 Hora quarta pomeridiana in arcem ivimus, inde ad coenam reversi, nulli ibi
fere locutus est Iulius neque enim de notioribus quisquam se offerebat.
167 Morio in aula vociferando multum invehebatur in cardinalem, episcopos et
sacerdotes, quos aiebat autores calamitatum extitisse eosque esse, qui non per
168 ianuam essent ingressi, sed per tectum ut latrones. Divitiarum tantum esse secta-
169 tores, vitiorum patronos, mercenarios sine labore. Atque haec non fuisse sibi reti-

157 considerasse **p** considerasset
159 illum **p** *corr. ex* se

cenda, quod Cicero dicat: eam esse demum veram medicinam, quae morbum tollat,
170 non autem augeat. Veritatem nunc per totam Galliam et Normandiam esse
patefactam.
171 Princeps Condaeus sese in sua aula continebat detentus, ut referebatur, adversa
172 valetudine. Ego incoenatus propter corporis imbecillitatem tempestive cubitum
abire. //
173 XXIII. Sub vesperum et tempus coenae capitaneus Ast misit puerum in aedes 69v
nostras, ut diceret Iulio aut se venturum in nostras aedes coenatum aut comitem
174 illuc debere venire. Iulius cum ad me ascenderet, dixi potius ipse illuc abiret, cum
175 nihil sit nostrae domi pro coena paratum. Quare illum eo deduxi, sumta coena
176 in equo domum reversus est. Sperabamus aliquid futurum, quod vellet significare
Iulio, verum nihil quidquam erat, est enim in fasto corpore parum admodum
salis et syncerae fidei.
177 XXIIII. In nostris aedibus erant nuptiae, propter quas Iulius dimissus, ut cum
capitaneo ad comitem de Waldek equitaret, quem cum domi suae non reperissent,
extra urbis moenia expatiati sunt visum, ubi Guisius castra metatus erat tempore
belli.
179 Reversi omnes simul apud capitaneum pransi sunt. A prandio ad comitem
Waldek expatiati sunt neque Iulius domum reversus, donec Waldekum circiter
180 horam quintam vespertinam secum adduceret ad coenam. Coenae additus regulus
181 et caseus, tunc fidicen conductus et saltatrices. Waldekus in nostris aedibus per-
noctavit. //
182 Mane sequentis diei statim appulit et ipse capitaneus, quorum praesentia ienta- 70r
183 culum fuit instructum, ex ovis potissimum. Waldekus perpetuo sollicitavit Iulium
venire ad Rogendorfferum, quod ibi instrueretur prandium etiam pro reliquis
comitibus.
185 Ego disuadere, et quae sit fides, bannitus significare. Illis discedentibus advoca-
tus Nicolaus Maignan, herilis filius, Iulium admonere, ut sibi temperaret ab huius-
modi consortio tanquam ebrietatis et scortationis illecebris, quin et nomini par-
ceret, cum non sint leves praesumtiones, illis in Germaniam redeundi praeclusas
esse assecurationes.
187 Quare me ad se reversum rogavit Iulius, ut Parisiis discederemus. Verum ego,
quod et verum erat, significavi, nobis hoc tempore deesse pecuniam neque offerri
188 occasiones accipiendi mutui. Iulius se non posse commode carere illorum amicitia
189 et conversatione. Ego contra: Sic animum esse inducendum, ut inter praesentes
190 praesentibus maxime abstinere possit. Fore, ut omnium bonorum animos abs se
alienet et avertat, quod si perrexerit licentiam in sese recipere.
191 A prandio cum Adolphus attulisset librum, iussi dari vn zapin vini. //
192 25. Praescripsi Iulio ordinem discendi de novo. 70v
193 Die Lunae et Martis:
Hora quinta surges de lecto atque ubi cultui corporis iustum tempus attribueris,
lectione unius capitis ex Novo testamento pietatem erga Deum confirmabis.
194 VI. Post recitatas preces expositionem orationis Ciceronianeae pro Archia
poeta audies, ut utilitatem inde referre possis.
195 VII. Audita repetes et memoriae mandabis.

*Fol. 69v in marg.:* Comes Waldek cum puero in coena. Puer Waldeki cum nostris cibum sumsit.

196 VIII. Ientabis.
197 IX. Sit praeparatio ad sequentem lectionem et exercitia.
198 X. Praemissa expositione regularum in iure et moralibus usitatissimarum exercitium erit etymologicum.
199 XI. Prandium.
1. Studium discendae linguae Gallicae legendo et scribendo.
201 2. Syntaxis praecepta addisces et quae sint ex praelectione Terentii referenda, perscipies.
202 3. Terentii et syntaxis repetitio. //
203 Hora IX vespertina erit examen laborum et operarum diurnarum. 71r
204 Hinc te conferes cubitum.
Idem ordo servabitur die Iovis et Veneris.
Die Mercurii et Saturni:
Hora VII post recitatas preces brevem audies expositionem catecheseos. Hinc Iustini historiam Bohemica lingua interpretabere.
208 X. Argumentum abs te Latine conscriptum exhibebis.
209 A prandio:
Hora I Gallicam linguam exercebis.
210, 211 3. Arithmeticam disces. Reliquum tempus potissimum exercitio styli et arithmeticae tribues.
212 Die Solis necnon reliquis feriarum diebus priusquam fueris ingressus templum, euangelii brevem audies expositionem.
213 Faxit Deus, ut sicut aetate, ita ingenio auctior propediem ad tuos revertaris mihique ex tui institutione perpetuus honos attribuatur. //
214 XXVI. Ligna emi, quorum maxima pars statim ipso die iussu Iulii in eius habi- 71v
215 tatione est combusta. Doctori medico locutus sum et decocto uti ulterius recusavi, quod tangibiliter sentirem mihi eius acrimonia fauces exasperari.
216 Iulius coepit magno catharro laborare, purgationem petere, verum ego ei denegare, quod catharrum loco purgamenti esse viderem.
217 Tanardus librum 3 Institutionum orsus est.
218, 219 27. Iulius non descendere ad prandium. Eo finito Butino Gallicum scriptum exhibui.
Sub horam coenae venit in nostras aedes adductus per tabellionem Duacensem Ludovicus Cospaeanus, quare eum in coena retinuimus, eam autem in Iulii habitatione sumsimus, quod Iulius adhuc esset catharrosus et dies esset ieiunii, quo
221 nostrae domus familia solet esse incoenata. Pernoctavit mecum in meo lecto.
223 ⟨28.⟩ S. Simonis. Ego et Zdencoslaus conscendimus turrim ad templum s. Genenovae, unde totam urbem Parisiensem lustravimus, nec minus quam nuper coepi animadvertere Pragensis longitudinem esse hac maiorem, contra huius
224 latitudinem ampliorem. Est urbs Parisiensis in optimo loco sita, aere salubri, sed foetorem // efficit inhabitantium multitudo atque sordities.
225 A prandio per puerum accersivi Iacobum et Ionam, cum quibus cum aliquoties concinuissem, tandem circiter quatuor pintas vini exhausimus.
226 Interea capitaneus Ost Iulium inviserat nec se movit loco, priusquam et coenam

213 *ante* honos p *del.* constet
*Fol. 71v in marg.:* Cospaeanus in coena in habitatione Iulii, quia erat dies ieiunii.
*Fol. 72r in marg.:* Capitaneus Ast in coena.

227 sumeret, pro qua perdices iusseram emere per Zdencoslaum. Capitaneus mihi
referre seu instituta de monetae valore intendendo, regis charactere imprimendo
228 etc. Finita coena eques domum reversus est.
229 XXIX. Post horam 10 ad capitaneum Ost me reluctante pransum itur, verum
cum in eius diversorium venissemus, nusquam ille apparuerat mansimusque illic
usque ad duodecimam, qua audita ille, qui in lecto decumbit aeger, Iulium ad
230 prandium invitaverat. Ego cum Zdencoslao domum reversus sum.
232 Hora III Tanardo eram collocutus. Hinc ad Iacobum diverti atque apud eundem
haesi usque ad crepusculum nocturnum, sub quod domum veniens vicini ab ho-
233 spite invitati assidebant mensae. Amota mensa cum prius nonnihil cecinissemus,
ego surgens ascendi in habitationem Zdencoslai atque ibi prius sumto haustu vini
me cubitum contuli. //
234 30. A prandio post horam 3 advenit comes Waldekius invitans Iulium ad coe-
235 nam atque ad prandium sequentis diei in aedibus comitis a Rogendorff. Sed quia
236 nox imminebat, domi se maluit continere. Ego cum Iacobo de cerevisia biberam,
unde me peius habere animadverti.
237 31. Accepta ab hospite ligna pro habitatione Iulii.
239 Ecce tertius mensis, in quo coeperim valetudinem recuperare. Deo gratias ago
simulque oro, ut nobis in posterum feliciter agere liceat. //

## ⟨V.⟩

1 November. 73r
⟨1.⟩ Capitaneus Ast solenne celebravit convivium, ad quod Iulius una cum
3 Rheingravio et alio comite Italo necnon comite a Waldek invitatus erat. Sub finem
4 prandii illuc venit comes a Rokendorff admodum bene vestitus. Finito prandio
5 comes a Waldek Rokendorffensem deduxerat. Iulius, cum Rheingraffium expectas-
set, eum eques deduxerat.
6 Sequutus eram eos cum Zdencoslao, sed quia cunctantius perrexerunt, in urbem
reversus coemiterium Innocentum adii, ubi infinita multitudo preces ad sepulcra
mortuorum recitabat estque hoc solenne per omnia templorum coemiteria eius
diei. Sonitus campanarum toto hoc die sonat sicut et integra nocte sequenti.
8 Iulius sub crepusculum nocturnum reversus nihil iam praeter profectionem
in Lotharingiam spiravit, quin et Rheingravium mutuum pollicitum esse. //
9 II. Iulium ad comitem Italum pransum deduximus, inde discedens eundem
cum Waldekio equum conscendit atque ad hospitam, cui primo omnium cohabita-
bat comes a Waldek, divertit.
10 3. Comes a Waldek longe lautissimum instruxerat prandium, ad quod cum
Iulius venire recusaret eo potissimum nomine, quod illuc erat invitatus Rogendorff,
Zdencoslaus ad eum missus est, ut illum excusaret, verum neque ipse comes neque
11 senex eius ullam excusationem acceptare voluit. Miserat itaque Iohannem Plaw
in nostras aedes, qui cum me redeunte ex collegio adesset, me secutus est in habi-
12 tationem Zdencoslai, ubi Iulius me nescio latitabat. Dixi autem Iohanni Plaw:
„Bitt, wollet ihn entschuldiget haben, er ist offt gnug bei euhrem Herrn gewest,
wirdt vorterbt vnd studirt nicht, darumb Inen seine Eltern // vornemblich von 74r
13 sich in frembde Landt geschikt." Ad quae ille: „Sie werden nicht vertrinken."

9 Iulium p Iulius

14 Ego contra: „Was den, es ist nicht allein vmbs trinken zu thun, sondern auch vmb
15 gewonheit. Wen ehr von den herren widerumb anheim kombt, so wil ehr nur ein
Kriegsman werden, welches auff dismal nicht sein kan, sonderlich weil ich gedenk,
das in sein herr Vatter in kurzen möcht widerumb zu haus fordern, so wolt ich
gern, das ehr seinem Vattern der massen antworten kundt, das zu sehen wer, er hab
16 die zeit vnd vnkost nicht gancz vorgeblich angeleget." Atque sic illum dimisi.
17, 18 Ubi illum ad fores domus deduxeram, in nostras habitationes reversus sum. Ex-
cepit me Iulius valde impatienter dicens: Se non tam moveri praesenti responso,
19 quam quod aestimet, quales meae sint commendationes sui alias. „Ir solt mirs nicht
wehren, das ich nicht solt ein kriegsman sein."
20 Hinc ad pilae palmariae lusum prodiimus nec longe post in aedes domini comi-
21 tis a Waldek exivi excusaturus Iulium de absentia. // At cum domo abesset domi- 74v
nus comes a Waldek, eius gubernator et capitaneus Ast me obligarunt in loco
22 domini manere in prandio. Ego itaque domum reversus vestes mutavi atque ad
prandium illud oppiparum comitis paulo post redii.
23 Aderat ibi comes de Rokendorff, Italus et Helvetus ex praecipuis, fercula erant
24 terna vice, vicenis patinis. Finito prandio insonabat musica per musicos, qui apud
Parisienses sunt praecipui.
25 Cum domum redirem, offendi Iulium apud Zdencoslaum parantem iter ad
Rheingravium, sed quia iam erat vespera, intermissum, nanque et Zdencoslaus
abierat spectatum anatomen capitis humani.
26 IIII. Post lectionem Tanardi prodieramus, ut viseremus Rheingravium.
27 Erat Iulius omnino eius animi, ut illum compellaret de mutuo, sed cum illi ex-
posuissem incommoda, quae inde sint emersura, eum revocavi et consilium dedi,
ut potius Rudingero uteretur ad illam benevolentiae partem quam Rheingra-
vium. //
28 VI. A prandio Iulius importune urgebat, ut posset ad palmariae palmae ludum 75r
prodire, quod cum illi esset permissum, statim prorepit ad hospitium Eyli et,
29 reliquorum Germanorum. Ibi cum una omnes secum excivisset in sphaeristerium, 16
30 solidi fuerunt pro omnibus solvendi. Sub vesperum ad coenam domum reversus est.
31 VIII. Exemplaria orationis Ciceroneaneae pro Milone illi proposita, sed quia
oratio est prolixa nimirum, de alia lectione consilium inivi, interim grammaticam
cum eo repetebam.
32 IX. A prandio in aedes nostras eques advenit una cum Iasmanno Rheingravius
33 Iunior. Iussa est instrui parum commessationis, sed quia erat adhuc valetudine non
prorsus restituta, cito discessit.
34 Hinc Iulius iterum militarem fortunam praedicare et caligas eius similes ex-
petere et formare, tam ille τῆς κακοζηλίας mancipium est.
35 X. Fui apud Rudingerum rogans, ut comiti centum coronatos mutuum dare
velit, simul promittens me daturum operam, ut quam primum fuerint allatae
literae et pecunia a nostro domino, summa gratitudine illi debitum istud resti-
36 tuatur. Promisit se daturum operam, ut ea in re domino inservire possit.
37 Hoc die Ionas consensit apud Andream Wechelum // in pretium equi viginti 75v
coronatorum, ita ut ei faciat solutionem Francforti ad nondinas circa medium
quadragesimae.

25 apud Zdencoslaum p apud Iulium
31 grammaticam p grammatica

38 Ad coenam invitavit me Iacobus in suam habitationem, quo etiam convene-
39, 40 rant Fredericus et Ionas. Bibimus ibi hornum vinum in magna copia. Hinc circiter
horam 10 Ionas mecum domum est reversus atque etiam pernoctavit.
41 ⟨11.⟩ Mane sequentis diei ad Iacobum redieramus uterque atque ibi totum fere
diem variis ludicrorum naeniis transmisimus.
42, 43 Ad coenam omnes mecum in nostras aedes adduxeram. Ea finita comes petiit
44 dimissionem in vicinas aedes ad ducendas choreas. Qui cum domum esset reversus,
omnes sunt dimissi.
45 XII. Ego et Zdencoslaus conscendimus palatium visuri renovationem officio-
46 rum, de qua sparsim dicebatur in urbe. Sed nihil ibi praeter infinitam multitudinem
47 hominum offendimus. Interea Thomas Rudinger miserat in aedes nostras mutuum
centum coronatorum.
48 A prandio Zdencoslaus et ego adiimus Rudingerum quaesitum, si qua syngraphi
49 cautione vellet de debito assecurari. Ille dicere non hoc opus esse, siquidem brevi
50 expectamus literas. Ad haec ego eum magis // ac magis confirmavi de fide et grati- 76r
tudine nostra.
51 XIII. Cum domino Magnan egi numerans illi quinquaginta coronatos, quorum
summa triginta coronatorum in nostrati numismate datum, ut esset interim quasi
depositi loco, dum fieret redemtio. Causas huius rei illi exposui, quod nimirum
popularem meum cupiam adiuvare viatico, ut possit ad suos commode redire.
53 Nam apud Wechelium semel atque iterum egeramus de mutuo, verum nihil habere
aut impetrare potuimus.
54 Hinc Ionae mutuum dedi quadraginta coronatos solares et consensi, ut a Iacobo
sex insuper coronatorum nomen faceret, me interea eandem summam persolutu-
55 rum. Ionas apocham dedit Wechelio de debito 20 coronatorum pro equo, cui ego
56 meum nomen in loco fideiussoris subscripsi. Equum in suum diversorium tra-
duxit, curavit, habuit pro suo.
57 Hoc die duo milites ad domum civicam suspensi, quorum uterque erat bene
58, 59 vestitus. Pileus Iulio emtus. Plumas habere magna contentione postulavit, sed
iussus est eam rem differre, quia iam nox ingruerat, dum a spectaculo supplicii
rediremus. //
60, 61 XIIII. Ingens pluvia. Ionae apud Carmelitas collocutus sum de peregrinatione 76v
62 et reliqua vita παραινετικῶς. Hinc in nos incidit Nicolaus Magnan, qui cum me
secum iuberet domum redire ad ientaculum, incidimus in praeceptorem Kwarkii,
pro cuius libellulis numerabam illi 12 solidos.
63 A prandio cum Iulius vellet prodire quopiam, extra moenia eum circumduximus,
hinc cum non longe abessemus ab hospitio comitis a Waldek, vix prohiberi potuit,
quin illuc se provolverit, nihil pensi habens, quod paulo ante dixisset sibi nunquam
quidquam negotii cum Waldekio futurum, quod videat eum vanum, imperitum etc.
64 Hinc ubi fuissemus domum reversi, importune admodum petiit, ut posset ad
coenam invitare quendam nobilem Reichenwerk, quippe hac condicione se post
65 habiturum plumas. Ego recusabam.
66 Interim Hans Plan eum adducit et cum vicinae cognatae et agnatae fecissent
67 symbola, admodum aegre tulerunt se obrui ab hospitibus. Ipse Magnan dicebat
68 Zdencoslao se malle nunquam // nos aedes ingressos. Ego, ut parcerem coetui, 77r
a coena abstinui, ut potius vacarem scribendis literis.

*Fol. 77r in marg.:* Reifenbergk et Hans Plan in coena.

69, 70 Iulius infarcire hospites, ut Hans Plan bene potus discesserit. De Reichenber-
71 gero misit ad me puerum, ut possit in loco Zdencoslai cubare. Quare sequenti
die dormitionem ultra septimam horam produxerat, hinc se literis scribendis
operam daturum praetenderat, ut hoc toto die parum vel nihil egerit.
72 XV. Chirurgus venit in aedes, cum quo mihi convenit de tertia hora, ad quam
uterque compareret apud dominum doctorem, quare cum hora 3 illuc venissemus,
de pretio inter nos convenit, nimirum sex coronatorum, quo se nihil lucrari medicus
73 ipse sancte affirmabat et iurabat. Ego me crastino die pecuniam allaturum promisi.
74 XVI. Ionas referre se adhuc sequenti die non posse ingredi iter, quod vestes
75 non habeat paratas. Quare scriptione literarum omne tempus excusabat Iulius.
76 Ligna accepta et apportata a Gabriele, illa sunt relata in indices lignorum.
77 A prandio Antonium Mizaldum conveni, ei catalogum librorum manu Thadaei
78 annotatorum exhibui et ut domino Thadaeo scriberet, rogavi. // Quod cum ab eo im- 77v
petrassem, Magnan una mecum illum ad coenam invitavit, ad quam cum venisset,
literas mihi legendas exhibuit una cum duobus libellis ad dominum Thaddaeum
transmittendis.
79 XVII. Mane statim comes de Waldek in nostram domum venit visum Iulium.
80 Eum deduxi ad hospitium, ubi locum erat conducturus, sed erant ibi omnes anguli
81 Gallorum plenissimi. Hinc ad nos reversus, Iulius instare, ut sit ientaculum pro eo
82 paratum, quod cum fieret, Iulius eum detinuit usque ad tempus prandii. Hinc
comes a Waldek eum abduxit neque ab eo reversus prius quam ad coenam, a qua
abstinebat, bene potus, liber in sermone et deformis.
83 XVIII. Dormitionem protraxit usque ad sextam horam, hinc literas ad suum
84 parentem Latinas descripsit, in quibus multas mendas admiserat. Obiurgabam
eum, quod faciem haberet ex bibitione deturpatam et literas negligenter scriberet
ad suum parentem, de re seria, gravi et in qua suae vitae status consisteret.
85 Ad Ionam misi, ut equum adduceret, me sibi comitem futurum ad aliquam
partem iti//neris. 78r
86 Quare praelibato ientaculo literas eidem dedi Arelatum ad Iohannem Ssonovium,
Bruxellam ad Guilielmum Leredarium, Antverpium ad Hermannum mercatorem,
Pragam ad Paulum Sylvestrum, Magistrum Iacobum, Sixtum, Collinum, Georgium
a Sudetis, Ursinum, Thomam Mitem, ad generosum dominum et dominam, Bud-
87 wicium ad patrem, Danielem et Quirinum. Hinc memoriale de rebus praecipuis
conscriptum.
88 Iter hinc ingressi sumus, in quo illi breviter commemoravi, quae negotia per
eum geri vellem, quo modo, qualem se gerere debeat, ut omnia bene et feliciter
89 conficeret. Inter valedicendum lachrimabat effusissime, ut nec placari possit, sub-
inde ingeminans, quod nunquam quemquam habuerit, a quo plus beneficiorum acce-
perit atque me, se vero miserum hominem nunquam quemquam peius accepisse.
90 Hoc sibi parere dolorem, ut non possit abstinere a lachrymis, quales nec ipsis
parentibus unquam parentaverit.
91 Sed illum de meo animo confirmavi ac tandem relinquens in urbem reversus
92 sum. In qua cum me adortus esset minister publicus de bombarda, illi eam dedi,
cum mihi prius data dextra stipulatus esset, quod sit me comitaturus usque ad
aedes nostras, quod postea tanquam pessimus omnium mendax recusavit. //
93, 94 XIX. Mane Iulio nihil est praelectum. A prandio cum domino Maignan iveram 78v
recuperatum bombardam, sed aberat domo ille pessimus nebulonum nebulo.
95 Pridie huius diei rex Carolus IX. in viciniam Parisiensem venit, item ingens

copia tum hoc, tum praecedentibus diebus defendendi Almiralis gratia, qui circa
96 illud tempus una cum Andeloto in aulam regiam appulerat. Erat itaque ingens
multitudo hominum Parisiis, ut magni miraculi loco fuerit nulla extare homicidia
in tanta frequentia capitalium hostium.
97 XX. A prandio ligna emi, 100 maiuscula, 100 genistarum fasciculos, illa 54
98, 99 solidis, haec 33 solidis. Baiulis dati 6 solidi. Iulio emti exemplaria librorum Ciceronis De legibus.
100 Hoc die circiter quartam horam diei appulit in urbem Parisiensem dominus
Almiralis, cui extra urbem exiverunt obviam circiter 500 equites de nobilitate, ubi
cum eum honorifice excepissent, in urbem continuo ordine introduxerunt et mansionem fixerunt Parisiis tantisper, dum suum illum patronum viderent incolumem
et extra periculum. //
101 XXI. Iulius novas vestes induit et de doloribus nocturnis conquestus est, quos 79r
credo causatos fuisse, quod post coenam in frigido mensae assidens illico sese cubi-
102 tum receperit. Postulabat, ut semper alias, uti purgatione, verum disuasi, quod tempus esset inconveniens et quod morbus credebatur talis, quem ipsa vis naturalis
possit facile evincere.
103 XXII. Mane circiter horam X venit in nostras aedes N. Iarosch Dantiscanus cum
Iohanne Plon, nobile comitis a Waldek, adferens duos fasciculos literarum, quorum
104 alter mihi, alter Iulio erat inscriptus. Mihi a Magistro Georgio cum diario Bohemi-
105 co, Iulio a parentibus, sororibus et fratribus. Deprehensum in literis, quod pater
sit eum recepturus post exactum biennium, quod Iulius adeo aegre et indigne
tulit, ut sibi vix a lachrymis temperare, vix ullo modo ad se redire posset.
106 Exaravit a prandio indignatione furentis instar literas ad matrem, ubi denotaret, quantis suis incommodis illud consilium capiatur, cum se intempestive
107 intrudi aulae praevideat, linguam nondum calleat et similibus. Illas pertinaciter
108 transmitti per postam voluit, verum ego disuasi. Hinc, ubi esset addenda inscriptio,
illas discidit.
109 Ego scripseram literas ad Io//nam de eo, quod idem Iarosch dixerat Marti- 79v
num Märtins Lipsensem una cum suis factoribus et duos adhuc alios debitorum
infamiam esse perpessos, vulgo das sie pankrot haben gespilet: Quare ut sibi
caveat de eo non compellando et de meliori ac securiori occasione circumspiceret.
110 Dixerat Iulius multa impotenter, etiam de sui patris importunitate conquestus.
111 Nunquam videram eum gestus edere similes.
112 Literarum pondus erat sex unciarum, pro quarum singulis tres solidi de more
113 numerandi. Illos ipsum Ioresch rogavi numerare, me redditurum promiseram.
114 Ego Iulium placavi atque monui, ne unquam aliter induceret animum, quam
ut oboediat parentibus faciendo quodcunque iusserint.
115 XXIII. A prandio petiit dimissionem ad sphaeristerium, quod quidem illi erat
116 concessum, ita tamen, ut ad repetitionem rediret. Verum pervenit ille ad Thomam
117 Rudinger, qui ei dono dederat canem Hollandicum. Quocirca plenus gaudio Thomam secum ad coenam adduxerat, verum recusabat manere in coena, quod haberet literas scribendas Aureliam de supellectile a fratre Iohanne ibidem relicta. //
118 XXIIII. Iulius a prandio petiit dimissionem cum canibus, sed non poterat haberi 80r
119 anas. Exitum est nihilominus circiter horam 3, quare factum, ut hoc quoque die
negligeretur et intermitteretur repetitio.

103 comitis p comite

120 Mane eram apud Adolphum, cui feceram solutionem pro Carolo Cominaeo in
Consuetudines Parisienses 65 solidos, pro Consuetudinibus Bituricensibus quin-
decim, pro Consuetudinibus Burgundiae debeo triginta quinque solidos, quos pro-
misi me soluturum post nobis allatam pecuniam.
121 Hora 3 Stephano equiti, medico, dedi sex coronatos pro cura, ut inde etiam
122 debitam mercedem solveret chirurgo Carolo Polen. Ei gratias egi pro fide et diligen-
tia necnon rogavi, ut praesentem meam sortem boni consuleret meque sibi etiam
123 in posterum haberet commendatum. Accidebat mihi valde grave hanc numerare
124 pecuniam. Tamen, si hoc tempore fuissem fortuna lautiore, certe dedissem illi
plusculos coronatos, tam gaudebam de recuperata valetudine, tam me affecit
bona spe.
125 Triste⟨m⟩ nuntium ad me attulit Iulius comes de Almirali et Andeloto una
cum Guisianis iussu regis in carcerem coniectis, portis per armatos milites stipatis,
nobilium plerorumque per postas discessu, disciplina aulae, quam nemo ignotus
126 intromitteretur. Oro Deum, ne hinc gravius quidpiam existat. //
127 Pugili facta solutio pro institutione et chirotecis, quia Iulius iam adiecerat 80v
128 animum ad choreas percipiendas. Utinam illi tandem quoque studia litterarum
et linguae Gallicae sint curae!
129 Mi Deus, da felicem et clementem καταστροφήν susceptae in me spartae et da
commodas occasiones persequendi instituti et studiorum propter tui nominis
gloriam, meae patriae utilitatem et animae meae salutem.
130, 131 Catha⟨rinae⟩. XXV. Mane sumto prius ientaculo Iulium ad aulam deduximus,
ubi cum portae essent occlusae et custodes pro valva starent, nemo intromittebatur
132 sine gravi et seria causa. Quare nec Iulius fuit intromissus, inde in diversorium
Rheingravii progressi sumus, ubi in veritate edocebamur nihil prorsus esse periculi
de Almirali et altero Andeloto, verum fores aulae occludi, ne esset nimium magnus
133 illic accursus. Confirmabar etiam, quod mentitum esse viderem armatos esse pro
134 portis. Vulgus spargit novitates, quibus maxime delectatur.
135 A prandio Iulius cum reliquis extra portam est expatiatus, inde reversus incoena-
136 tus se contulit cubitum. Finita coena muliercularum manipulus ad eius dormi-
137 torii fores accur//rit excitum illum, sed fuerant per me abductae. Coeptae cho- 81r
reae et ad horam plus quam decimam prorogatae.
138 Sartori a prandio dedi unum coronatum pro sartura caligarum Iulii promittens
me reliquum daturum, ubi reliquas operas absolverit.
139 XXVI. A prandio Iulio cum praeceptore fuit contentio de antiquis iniuriis.
140 Mihi ex lectione redeunti Iulius de suis studiis locutus est, honeste et reverenter.
141 Utinam eius hae cogitationes essent solidae et diuturnae!
142 Prandii et coenae fuit nimium magna frugalitas, ut etiam cum bile inde disces-
serim.
143 Mizaldus: Zigane vulgo apud Gallos appellari Bohemos.
144 Mainardus: Germanos bibere pure, nitide et religiose; pure: sine aqua, nitide:
integrum, religiose: cum lachrymis.
145 In die Ceciliae, quae est 22. Novembris, Rotomagi confluunt musici ex omni
Gallia et Italia, aut quod si quidam illuc venire nequeunt, mittunt illuc suas mo-
146 tetas pro certamine bravii. Ianequin, qui composuit cantionem Die Schlacht vor
Pavie, ibi quasi biduo concertavit de symphonia et tandem obtinuit. //

146 Pavie *difficulter legi potest*

147, 148 XXVIII. Adventus. Iulius recusavit prodire in templum, quare ego assumtis 81v
pueris prodibam in templum sanctae Genenofae et huic iunctum s. Stephani, ubi
advocatorum quidam referebat dominum N., qui in hastiludio regem Henricum
ferierat, detineri a rege incarceratum, sed non minus hoc falsum fuit quam priora.
149 A prandio interfui contioni apud Carmelitas, ubi se monachus mirabiliter tor-
serat in prophetia Zachariae: Rex tuus venit tibi mansuetus et pauper, multum
invectus in Hugenotas, ut qui non in paupertate et humilitate suam doctrinam
150 propagent, sed pistuletis, ut ille loquebatur, et rapinis. Citabat etiam locum
Hieronymi ex quadam praefatione, ubi cum esset divus Hieronymus conquestus
totum mundum infectum esse haeresi, unicam Galliam manere intentatam, „nunc
prorsus", aiebat contionator, „contrarium fieri, ita ut non sit ullum regnum, in
quo hodie perpetuo suppullulescant plures haereses et seditiones propter reli-
gionem." //
151 Iulius impetrata venia cum praeceptore comitem a Waldek viserat, unde rever- 82r
sus est domum ad coenam, qua finita ego cum Maignan in aedes vicini Pileon
digressus eram, unde cum illi nos reducerent, nos ad musicam, reliqui ad choreas
152 se instruxerunt. Iulius se subduxerat, quod sibi nescio quid in puellis displiceret.
153 Finita musica ego secutus sum relicta multitudine vicinorum et domesticorum.
154 XXIX. Ratio habita cum sartore, qui a bien fairt son compte a la moyen de
frante, data illi pecunia, tunc dimissus.
156 Literae per tabellionem Parisiensem Duacum missae. Scripserat Iulius dominae
matri, ego domino doctori Ramo super eo negotio, de quo mecum adhuc Duaci
157 fideliter egerat. Ist nicht gewest vor den gutten Man, was er gern hett gewolt. //
159 30. Andreae. In prandio nobilis quaedam matrona dicebat post triennium omnes 82v
futuros Parisiis Hugenotas, quod etsi male haberet nostra hospita, tamen non
eadem audacia sese illi opponebat, qua mihi alias idem divinanti de quadriennio
sub autoritate et praetextu nominis Michaelis Nosteradami.
160 A prandio eram in contione apud Carmelitas, ubi cum ad me veniret doctor Pin-
161 tzinger, mecum in nostras aedes deflexerat, ubi prius erat detentus Fridericus. Quare
postquam ibi essemus collocuti atque uterque iam discederet, comes petiit utrum-
que ad coenam redire, quod apud eos, ut fit, facile impetravit.
162 Finita coena colloquium stando protraxeramus usque post nonam horam
simul miscentes vitra atque sic uterque dimissus, cum prius comes statim ab
octava hora isset cubitum.
163, 164 Ecce finis quarti mensis apud Parisienses. Faxit nos Deus subinde propius ac
165 propius accedere ad verum pietatis cultum et virtutes. Amen. //

## ⟨VI.⟩

1 December. 83r
2 1. Hic malum nondum bene sopitum recruduit, languores me lecto surgere
3 prohibuerunt ante horam sextam. Praecipue autem aliqui lenti et bile mixti humores

150 ex **p** et / conquestus **p** conquestum
151 *ante* finita **p** *del.* sibi
157 *ante* Ist **p** *del.* Ich
*Fol. 82v in marg.:* Pintzinger et Fridericus in coena.

occuparant genu sub ipso poplite, ut pedem incurvare sine magno dolore non possem.
4 Emtus liber chartaceus Iulio pro argumentis conscribendis.
6 In prandio coepi usitatas formulas annotare. Nicolaus Maignan hora 1 Iulium
7 in lingua Gallica instruere et exercere. Hora secunda, dum prodirem ad lectionem
doctoris Tanardi, ingens horror per totum corpus me invaserat, ut vix sufficerem
per imbecillas vires pervenire ad usitatum locum, ubi usque ad finem lectionis
8 haeseram. Ea finita domum reversus iussi instrui lectum, ut me ibi componerem,
et cerevisiam adferri.

Iulius canem, quem a Rudingero dono acceperat, Iohanni Eyl asservandum
tradidit. //
10 2. Ut plurimum me domi continui, praeterquam quod ad lectiones Tanardi 83v
11 prodierim. Genu dextrum admodum indolebat sub incessum, ut difficilis esset
flexura et ego non parum metuerim de initiis seu praenuntiis podagrae.
12 3. Doctori Stephano Chevalier mea symptomata retuli, qui mihi receptam
conscripserat pro ciendis sedibus, quia inter reliqua quasi totum triduum alvum
13 habebam obstructam. Sentiebam autem omnia plena flatuum et humorum,
quibus bilis mordax erat aspersa.
14 4. Mane pharmaco usus sum, quod cum cieret alvum, magnum excitavit lan-
15 guorem corporis et virium. Domi memet continui et melius sperare coepi.
16 Iulius sub coenam accersebatur a comite Waldek et capitaneo Ost, apud quem
17 in coena detentus. Interea venit ad lectum Nicolaus Magnan referens sibi iam
iam relatum esse ab eo, qui interfuerat: In aula a prandio deprehensum Italum,
18 qui sub pallio gestaverit bombardam, undiquaque ad ictum paratam. Eum effugisse
19 et vix tandem deprehensum fuisse. Coniectabamus haesitantes in utramque par-
tem, // quidnam hoc possit monstri alere. 84r

Circiter nonam Iulius domum reversus, qui nobis commemoravit narrationem
Iohannis Plaw, Italum quendam, hominem militarem, in arce deprehensum gestan-
tem peltam, vulgo ein faustkolben, verum cum res esset perlata ad reginam illeque
21 innocens cognitus, vestes et arma eidem fuisse reddita. Quod ita se habere, postea
res ipsa declaravit.

V. Mane digressus sum ad Iacobum Welsen, cum quo et Iohanne Gallo extra
23 portam expatiatus eram in arcem, ubi dux de Arscot erat captivus. Illuc priusquam
esset perventum, ter eram in itinere impeditus faciendo opere cum magna virium
24 prosternatione. Ibi tabernam ingressi inter edendum de vino albo et rubro bibera-
mus nec longe post ad arcem reversi sumus illam visuri, sed non admittebamur per
ianitricem, quae dicebat datum esse in mandatis seriis, ne quisquam intromit-
teretur. Hinc in urbem reversi.

Habui totum iter extreme molestum, ita vix tandem nostras aedes contigerim,
27 quin corruerem. Quare domi incideram in Adolphum et Cospaeanum, qui erant
28 cum praeceptore, quorum auxilio in lectum eram compositus. Vix animam
29 ducebam. Sitiebam autem supra modum et praeter aquam nihil potui sumere. //
30 Iulius ad coenam domum reversus erat, sed non salutaverat me eo vespere. 84v
31, 32 Senseram vires extreme afflictas et omnem alacritatem profligatam. Accurrerat
etiam Iohannes Sylvius medicus, cui cum narrarem me siti affligi, suasit cerevisiam

14 quod p quo

bibi, verum illi misceri syrupum aut aquam acetosae, item succum de pomis granatis.
34, VI. Die Nicolai. Iacobus Welsen ad me venerat. Ego vero iterum revocare vires, at tussi laborare coepi atque sequentibus aliquot diebus diaeta uti frugaliore, donec nona huius mensis ad communem mensam essem iterum reversus.
36 Eodem die circiter horam 3 vespertinam praeceptor Thomae Rudingeri venit ad me significans eum parare abitum ad diem Solis proximum, proinde petere, si sic fieri possit, ut sibi reddatur debitum, sin minus, syngrapha tradatur, quam relinqui alicui necessariorum Parisiis, ne opus sit sustinere molestias transmittendi et simul pericula. Excusaveram me paene in hunc modum: Generosum comitem
hactenus // subinde tempestive transmisisse sumtus, verum hoc tempore moram 85r
intercedere longiorem, eam me non posse attribuere domino, sed infortunio potius, praecipue cum referatur Martinum Mertens cessisse bonis, quem ego omnibus meis literis ad dominum nominaverim, ita ut non dubitem nostri negotii aliquam
38 partem illi esse hactenus demandatam. Nihilominus me daturum sedulam operam, ut fidem honeste liberem atque illico acturum cum comite, si possit adhuc reddi, si non, syngrapham me traditurum atque de ea re cras venturum ad dominum Rudingerum.
39 Hinc ad Iulium digressus sum et in praesentia Zdencoslai expresse significavi fieri non posse, ut adhuc annum in Gallia exigat praesentibus moribus et familia.
40 Plures nos esse numero eoque non apto ad discendam linguam aut reliqua stu-
41 diorum exercitia. Victum magno redimi, omnes aeque indigere vestitu et reliquis
42 necessitatibus ad quotidianum usum pertinentibus. Fieri debita, quae tunc sunt
43 exolvenda, quando adfertur pecunia deputata in usus sequentes. Prwe se sni nezli mele. //
44 X. Conscripseram apocham in haec verba: Ich Simon Proxenus bekenne mit 85v
eigner Handschrifft, das ich Ampts wegen dem edlen vnd wolgebornem Herrn, Herrn Iulio Schliken Graffen zu gutt vnd eigner handt von dem erbarn vnd namhafften Thomas Rudinger den zwelfften Novembris zw Paris entlihen vnd empfangen
45 hundert kronen. Gelob darwegen mit vleis darob zw sein, damit auffs ehest, so vns von meinem Gnädigen Herrn, Herrn Ioachimo Schlik Graffen gelt zukomen wirdt, genandtem Thomas Rudinger, aber wem ers in seinem Abwesen vbergeben vnd befehlen möcht, zw dank sonder einigen schaden widerumb in gleichformiger
46 oder sonst wolgeender muncz alhie zu Paris beczalet werde. Zw mehrer vnd
47 besserer Sicherung hab ich mein eigen sigil hieunten auffgedruckt. Datum zw Paris den 10. December anno 1563.
48 Hanc syngrapham ipsemet cum Zdencoslao die sequenti ad Rudingerum
49 detuli, quam cum perlegisset, sibi placere dixit. Verum se rogare, ut eandem monetam reciperet. Mihi etiam quaerenti respondit se relicturum chartam penes
51 Andream Wechelium. Atque sic valediximus illi et felix iter precati sumus. //
53 Iterum agebam cum doctore Stephano de purgando corpore. Respondit empla- 86r
strarium Magistrum Carolum poscere duo coronatos, quantum ego recusavi dare.
54 Sub vesperum egi cum pharmacopaeo et convenit inter nos de coronato pro utroque decocto. Faxit Deus tandem fieri finem miserae et mendicae medicationis!

36 pericula p periculas

56 Hoc die solito hilarior fuerat Iulius et sub vesperum dixit: „Cras paulum
citius conscendemus arcem, ut videam Condaeum, Almiralem et reliquos, siqui-
dem rex parat abitum.
57, 58 XII. Arcem conscendimus. Iulius domo exiens statim invehebatur in prae-
ceptorem, quod eum abiturus cogatur expectare, sed erat praeceptor extra
59 noxiam. Petulantiae enim fecerat exordium, a qua tota die non aberat.
60 Tempore prandii ingrediebar in coenaculum reginae, interim ipse cum comite
Baldek arce egressus cum quodam altero nobile conscendit et cum Zdencoslaus
quaereret, quonam tenderet, respondit se cum reliquis apud Waldekum pransurum.
61 Mihi a coenaculo redeunti Zdencoslaus obviam factus haec retulit atque mecum
62 ad prandium in nostras aedes sese contulerat. A prandio iussus est illuc redire.
63, 64 Ego in contionem abii. Hinc domi nostrae memet continui. //
65 Sub vesperum Iulius reversus est referens, quod clam se subduxerat a comite 86v
66 de Waldek prohibenti eum discedere. In coena rogavit, ut possit capitaneum
Paulum, qui est apud principem Condaeum, ad diem sequentem habere convivam
67 in prandio. Respondi iam non esse tempus de ea re conferendi, ut potius linguae
68 exercendae gratia reliquis colloqueretur. Aderant enim in coena Bransolvus cum
69 coniuge et nepte. Ad haec ille ira commotus mox finita coena se in suam habitatio-
nem receperat.
70, 71 ⟨13.⟩ Mane diei sequentis reversus sum ad lectionem. Ea finita dixi: „Insti-
tueram tibi graviter loqui de tuis moribus, sed extra bilem te amice moneo, ut
memor tui officii modestius te geras, non quidem ob meam vel alterius personam,
sed propter voluntatem et mandatum tuorum parentum, ut finis sit, qui coronet
72 opus. Praepares te eo, ut honorificam reddas rationem parentibus de magnitudine
73 sumtuum et diuturnitate absentiae. Existimo enim fore, ut tu cito revoceris a tuis
74, 75 parentibus. Et monearis nostra modestia. Scis, quod habeam in mandatis, et
76 tamen qua te facilitate complectar raro facientem offi//cium. Si tibi sint alii 87r
habendi praeceptores, non existimo te habituros tam faciles et modestos, eos citius,
qui severitate maiori sint apud te facturi officium et mandatum tuorum paren-
77 tum.“ Ad quae ille: Se non cupere, ut posthac habeat alios praeceptores, se sibimet
78 futurum dominum post superatum unum annum. Ad reliqua quod attinet, sibi
aegre accidere, quod sibi nollem colloqui quodque eam sibi sumam auctoritatem,
79 quam pater eius habet, ut colloquar illi, cum vellem aut mihi sit otium. Se com-
motum cogitare, quod ex nobis non multum habeat, quod possit tam bene nobis
80 carere quam nos eo. Ego nihil praeterea, nisi ut perstet in officio, dum habeam
81 literas a dominis patre et matre. Neque vero me aliud agere, quam ut moneam
eum non tam ex meo officio, quam etiam quod vellem eum ingredi iter ad veram
82 gloriam et a pietate erga parentes non exorbitare. Hinc egit diligenter, ut dictum
Paulum possit habere convivam ad prandium, quod et promiseram.
83 Scripserat itaque schedam ad Paulum, verum non poterat ille venire propter
84 nescio quas occupationes. Atque sic bonus hic Iulius subinde magis ac magis // in 87v
85 peius declinat. Sein studiren ist nun fast aus, Gott vorleihe im ein anderen weg
zu seinem gutten auffnemen.

70 diei p die
76 facturi p facturum

86 A prandio visitavit Iulium quidam Galu (?), dominus Franciae, cum hospite,
87 apud quem prius habitaverat comes de Waldek in suburbiis. Illis recedentibus
successit ille Paulus Voitlandus cum quodam alio Gallo, quem reversus ex lectione
88 Tanardi cum Iulio reperi. Sub vesperum descendit et Iulium monuit, ut sequenti
die in aulam veniret.
89 XIIII. Post auditam lectionem, ad quam primum hora 6 surrexerat, petiit
dimissionem in aulam, eam, ut praetendebat, potissimum ob causam, ne sit opus
venire ad prandium domini comitis de Rokendorff, ad quod praecedenti vespere
90 per senem domini comitis a Waldek oeconomum fuerat invitatus. Concessi hoc
91 fieri. In reditu, cum forte non esset pecunia in promtu praeceptori, unde naulum
solveret, omnes diras in me evomuit.
92, 93 Domum reversus statim ubi me conspexerat, in me coepit debacchari. Hinc
me accersere mecumque expostulare, cur non dederim pecuniam praeceptori.
94 Ego respondere me non habuisse monetam neque tam cito potuisse commu-
95 tare. // Hinc iterum, an possit proficisci ad prandium comitis de Rokendorff. 88r
96 Se ea de re egisse cum capitaneo Paulo, qui suadet omnino, ut sese illuc conferat.
97 Eadem esse dignitate et autoritate Rokendorffium cum Rheingravio in aula, fieri
98 posse, ut impediatur per eos, si quando vellet in hoc regno crescere. Ego dicere:
„Poenitebit, si feceris, neque vero id meo consilio feceris."
99 Tandem ille post multas tergiversationes se non habere, quibusnam utatur
excusationibus, ad quae ego: „Alias tibi sunt in promtu excusationes, dum quid
100 tibi displicet. Et quid hic opus multis excusationibus, dummodo dicas te seriis
101 negotiis esse occupatum et modeste petas te haberi excusatum." Ad quae ille:
102 „Dicam, quod tu me non patiaris illuc venire." Respondi: „Nihil moror; sufferam
quicquid erit invidiae aut indignationis, dummodo faciam mandatum et volun-
103, 104 tatem mei domini. Darauff hab ichs vor lange gespilet." Sic iussit per puerum
105 Kwarkium famulo capitanei Ost renuntiari, quod erat in nostris aedibus. Atque
106 domi in prandio permansit. Eo finito statim suum habitaculum petiit meque per
puerum habuit accersitum referens se fuisse vehementi admodum ira commotum,
107 petere, ne aegre ferrem, si quid in me // gravius dixisset. Ad quae ego: „Nescio, 88v
an hoc sit tam inexpiabile peccatum, ut tantam inde poenam merear et possit
108 obliterare omnem meam fidelitatem et officia totius biennii. Sed esto a me pec-
109 catum esse, non tamen in eam deformitatem te prolapsum esse convenit. Scis prae-
ceptorem ira commotum etiam secretissima quaeque effutire, quare vel ac nomine
110 debuisti parcere meae famae. Sed esto finis, cum hoc, tum alia sustineo."
111, 112 Inde rogavit, ut sibi liceret in aulam redire. Se omnes reliquos dies totos attri-
113 buturum studiis quam diligentissime. Ego eum monere officii et de voluntate
parentum, praecipue quod sint eius animi, ut quamprimum eum revocent domum.
114, 115 Ille rursus aulam spirare regis Galliae. „Quomodocunque vel tu vel parentes tibi
116 prospexerint in futurum, nihil ad me. Fac modo, ut hoc tempore facias, quae sunt
tui officii, ne secus faciendo tibi indignationem parentum concilies et confusionem
pares." //
117, 118 Quare permissus est arcem conscendere, dum ego abirem in lectionem. Qua 89r
119 finita secutus sum illuc ego et Iacobus. Cum iam crepusculum esset, venit ad me
rogans admodum sibi hac nocte licere extra nostram domum pernoctare, nanque
post coenam regem daturum choreas atque tunc se ad illum adducendum.
120, 121 Summo mane sese rediturum ad sua studia diligentissime colenda. Atque sic

86 Galu p *sic ?*

statim consequebatur comitem a Waldek et Paulum Voitlandum ad merendam
122 in vicinum diversorium. Equidem disuaseram, quantum potui, ne hoc fieret, sed
dum furor in cursu est, currenti cede furori.
123 Praeceptori dedi 24 solidos, si quid opus esset atque sub ipsam noctem cum
puero Bohemo domum reversus sum.
124, 125 In coena aderat dominus Bransolvus cum suo fratre et coniuge. Ea finita non
126 longa interposita mora cubitum concesseram. Nanque mane huius diei haustum
127 assumseram, quo valde debilitabar. Iohannes de Zhan cum comite et Zdencoslao
remanserat. //
128 XV. Hora VII de lecto surrexeram, hinc cum ex lectione essem reversus, N. 89v
Magnan expostulavit, cur non statim mane puerum miserim ad revocandum
129 comitem. Cui respondi me non missurum, ut experiar, quonam ipsemet feratur
animo erga studia et suos.
130, 131 Sumto prandio in lectionem prodii. Inde reversus schedam scripsi in haec
verba: Quod si, Iuli comes, discendi abiecisti animum modestiae, fac tibi in men-
132 tem veniat, ut patiaris te regi ab iis, quos tibi parentes constituerunt. Quare
133 ut iam domum redeas et spatiandi finem facias, te adhortor et admoneo. Eamque
puero Bohemo tradidi Iulio exhibendam.
134 Sed dum vix foris nostrae ⟨domus⟩ esset egressus, ipsum comitem habuit obviam.
135 Qui cum ad me esset ingressus in cubiculum, dixit: „Putas, quod non eram hodie
136 reversurus?” Ad quae ego: „Quid non existimem, cum nesciam, quando sit tuis
137 dictis adhibenda fides. Pollicebaris te rediturum mane, hocipsum distulisti
138 hucusque.” // Hinc referebat se principi Condaeo locutum esse, pridie quoque 90r
sibi Latine locutam quandam praefectam gynaecei, addens se magno nolle carere
139 huius diei usura. In coena perpetuo confabulabatur de gladiis et pugilibus.
140 XVI. Dum repeteremus etymologiam, hora X intervenit ille Paulus cum quodam
141 alio Germano, aulico comitis Condaei. Haesit nobiscum in prandio, hinc quoque
142 usque ad ipsum serum cum Iulio in suo coenaculo. Habet enim hoc Iulius more re-
ceptum, ut omnes ad se invitet, dum primo intuitu sese insinuant, at ubi defer-
buerit ille aestus, saepe mallet iisdem carere, quod non potest non levitatis suspi-
cionem parere.
143 A coena abstinuit petens sibi demensum mitti, ut reservet illud in crastinum.
144, 145 Quod et factum est. Hinc tempestive sese contulit cubitum.
146, 147 XVII. Non potuit dissimulare, quin se proderet de esu carnium. Quare me
descendente ad prandium mussitabant inter se famula cum filia herili, unde
Magnan ad me accurrit conquestus ea de re ac simul addens: „Nollem multum
148 taciturnitate domini confidere.” // At cum redarguissem super haec Iulium, 90v
ipse superciliose indignabatur addens, quod nolit sua pecunia vexari pro aliorum
149, 150 arbitrio. Ad quae ego: „Ergo relinque hos. Non est confessio fidei ista petulantia
151 neque agitur de esu carnium, sed quod te ipsum coram famula prodideris. Scis
promissum factum de modestia, praecipue in religione, propter vetulam hospi-
152, 153 tam.” Ad quae ille: „Habt ir was zugesagt, so halts.” His mihi bilem movit, ut
dicerem: „Bonum praeiudicium, fortassis non verereris etiam alibi meam pro te
154 datam fidem relinquere illiberatam. Tamen ego et Zdencoslaus tibi retulimus
haec hospitam aut eius nomine filium requirere.”

*Fol. 90r in marg.:* Capitein Paul et Strasburgensis in prandio.

---

122 Ov. Rem. 119

155 Ante coenam illi graviter sum locutus simulque monui, ut seriam haberet
156 rationem temporis et reditionis ad parentes. Et cum de meo infortunio dicerem,
inter reliqua addidi: „Fuit hoc anno primum per te et Ionam mea fama tentata, hinc
157 valetudo nunquam firma. Sed sit nomen Domini benedictum, opto vobis animos
158 meliores, mihi vero reliquum temporis felicius." // Ad haec ego evocabar. 91r
160 Coena fuit in coenaculo Iulii apposita. Ea finita ad ignem utplurimum de nobi-
161 libus et magnatibus Bohemiae contulimus, donec ego cubitum secederem. Cor-
ripuit me autem gravissima tussis sub ingressum in lectum.
162 XVIII. Usque ad horam 7 in lecto decubui propter corporis lassitudinem.
163 Cum redirem ex lectione, cibum sumsi cum Zdencoslao habuique hunc diem fere
novercam.
165 X. Corrigebam scripta Iulii et pueri Kwarkii. A prandio post lectionem Galli-
166 cam Iulio sunt emti calcei. Interim quidam nobilium de numero custodum regis su-
168 spendebatur primum, hinc decapitatus. Mittebat largum sanguinem. Quidam ex
multitudine percussus, quod ad concentum Salve regina non aperuisset caput.
169 Haec Zdencoslaus rediens retulit.
170 Retulerat quidam Gallus parlamentum obstare publicationi edicti regii de
ferendis contionatoribus Hugenotis passim per oppidum. //
171 XIX. Iulius bene mane cum praeceptore et pueris discessit in aulam, inde in 91v
aedes Rheingravii pervenit, ubi dicitur prandium sumsisse, hinc iterum sese in
172 aulam contulit. Sub vesperum Zdencoslaus domum reversus est significans comitem
173 coenaturum cum nobilibus principis Margarethae. Remanserat cum comite puer
174 Kwark. Coena finita Zdencoslaus in aulam ad Iulium reversus est.
175 In coena post discessum Zdencoslai pariter et hospita et Magnan dicebant
comiti Iulio opus esse maiori freno, alias non multum ei profuturam generosam
indolem et animum necnon occasiones.
176 Toto die me domi continueram praeterquam quod a prandio cum Iacobo
Welsen ad s. Stephanum auditum contionem iverim, unde bene lassus domum
eram reversus.
177 Iulius cum ascendisset in aulam, iussit sibi dari unum coronatum, quem nuper
comes a Waldek pro se in coena, quod in popina non procul ab aula sumserat, ex-
posuit, ut saltem suo honori inserviret neque sordium esset suspicio. //
178 XX. Praeceptor Zdencoslaus hora 9 fuit domum reversus significans pridie 92r
fuisse ductas choreas in palatio aulae, regem exposuisse frontem, Iulium quoque
179 in reliquorum ordine saltasse. Coenam sumsisse cum aulicis, hinc in aedibus
180 comitis a Waldek pernoctasse. Nunc eodem equo cum comite Waldek aulam peti-
isse atque sibi mandasse, ut se conferret domum, quod ipse quoque equo Waldeki
181 sit continuo subsecuturus. Erat puer Bohemus ad eum missus cum pallio, quod
plueret.
182 Post horam decimam venit minister a praeceptore principis Margaretae missus,
significaturus comiti iam esse in promtu hominem industrium, ex quo disceret
183 saltationes et choreas. Idque praeceptorem impetrasse ad petitionem hesternam
184 comitis. Comite absente sciscitabatur de praeceptore, quare eum adduxeram ad
Zdencoslaum.
185 Responsum erat gratam esse etiam nobis operam domini praeceptoris, sed comi-
tem abesse, qui haud dubie denuo iubebit interpellare praeceptorem, ubi fuerit

185 interpellare p interpallere

186 otium pro exercitio saltandi. Zdencoslaus sumsit nobiscum prandium, ad quod
cum Iulius nondum esset reversus, iussus est aulam repetere eumque reducere. //
187, 188 Post horam 4 Iulius cum praeceptore domum reversus erat pedes. Et cum prius 92v
in coenaculo cum domesticis esset collocutus, tandem ad me ascendit praefatione
usus: „Domine Proxene, quaeso nolis aegre ferre, quod heri non fuerim domum
189 reversus. Certe nollem magna carere occasione multarum rerum mihi hoc biduo
190 exhibita." Ad quae ego simulato vultu breviter: „Quid ad me, cum nolis facere,
191, 192 quae moneris et rogaris facere? Esse. Ecquid non ad te pertineat, ad quem igitur?
193 Ad haec: Reservabo posthac omne ius tuis parentibus, illis te para reddere ratio-
194 nem et respondere. Satis diu multumque memet afflixi in te fideliter rogando,
195 monendo et cohibendo, sed frustra." Ille modeste: „Dabo operam, ut possim
196 hoc compensare." Ego contra: „Breve est tempus, animus tibi non multum
197 proclivis ad studia, nescio quid sit futurum. Nec scio, quid prorsus animi habeas:
Ad parentes recusas redire, ne tradereris aulae, hic nullo efflagitante eam sequeris,
198, 199 nescio quo fructu aut qua gratia. Nec intelligo, quod hoc sit sapientia. Abes
per totum biennium et iam iam tibi erit domum redeundum nec // cogitas, quam 93r
velis parentibus ponere rationem de studiis et profectu. Hic tantum elaboras in
201 cognoscenda aula, ac si tibi sit mandatum penitus de ea inquirere. Quam non
cogitas multos esse, qui tuos mores observent, quam multi sint impostores in
aulis, qui suis blanditiis pollicentur quodlibet, animo deferunt parum, praestant
nihil." Et his similia in praesentia Zdencoslai, ut eum graviter admonerem officii.

His peractis rogabat sibi fieri licentiam invitandi unius convivae, nimirum prae-
204 ceptoris Margaretae principis. Ad quae ego: „Non est, unde fiat, cum ipsemet
205 scias nobis hoc tempore non esse pecuniam." Sicque ille coepit alia atque alia
referre, sed cum non frueretur apud me commoda audientia, discessit ad coenam,
a qua ego abstinui rogans, ut liceret sibi mecum colloqui a coena, verum dum
coenarent, ego me contuleram cubitum, quia multum affligebar tussi et die sequenti
erat mihi sumendus haustus.

206, 207 ⟨21.⟩ S. Thomae. Hora 8 uterque Cospaeanus ad nos venit et cum ultro citroque
collocuti essemus, ipse Iohannes mihi literas a doctore Ramo missas obtulit.
208 Hinc statum academiae Duacensis retulit: // Iohannem Rubum, cum quasdam 93v
occasiones sibi ab universitate oblatas acceptare nollet, migrasse collegio et nunc
209 inhabitare Duaci aedes conductitias. Se obtulisse cuidam 200 coronatos, eum
210 tamen recusare Duacum proficisci. Reliqua, quae essent a magistratu urbis de
medico et theologo sibi iniuncta, felicius peregisse.

211 Claudium medicum amisisse stipendium, bibere perpetuo et conflare aes alienum,
212 ubi posset. Antonium Eunpcium advocatum, cum largius adbibisset, in cellam
decidisse atque ita cervice fracta expirasse.

213 Wilebrandum habitare apud canonicum s. Amati atque in licentiatum promo-
214 visse, suis rebus nec consulere nec praeesse bene. Nunc collegio regio praeesse
215 Galenum theologum. Abbatem Marthinensem electum esse prioris diaconum
seu confessionarium.

216 In novo auditorio profiteri theologos et humanioris literaturae professores,
217 superne pro iurisperitis nondum esse locum prorsus apparatum. Hinc ad Iulium
digressus est.

189 magna **p** magno
214 Nunc **p** Nû

218, 219 Ludovicus dixit Sequanae aqua bene saginari iumenta. Aquam esse pinguem
et // gestare navium ea pondera, quae praeter mare nulla flumina sustinere 94r
queant.
220 Hinc uterque fuit detentus in prandio, ubi cum propter mentionem domini
Rami paulo largius bibissem, illico coepi peius habere et toto eo vespere graviter
221, 222 laborare. Iulius sese domi continere. Ego coena carere et tempestive cubitum ire.
223 Post coenam contentio orta inter Zdencoslaum et Iulium, quare uterque ad
224 lectum accurrebat cum magna indignatione et vociferatione. Ego pessime habere
propter strangulantem et nimis vehementem tussim.

225 XXII. Cum essem reversus ex lectione Tanardi, magnus fit accursus ad templum
s. Genenofae, ubi quidam campanus, qui prius erat de ordine eius coenobii,
verum postea sese seiunxerat a monachis, quod eos haberet sibi nimium molestos,
monacho facienti sacrum, dum esset elevandum, eripuit hostiam, quam coniectam
in terram pedibus contrivit, hinc pugionem arripiens sacrificulo necem intentabat,
sed erat retractus a quodam studioso, qui tunc quoque flexis genibus aderat.
226 Apprehenditur facinorosus nec longe defensor urbis, dominus Monmerancy,
227 filius conestabilis, cum suo praesi//dio advolans de negotio inquirit. Ille cam- 94v
228 panus factum fateri et causam dicere taedium vitae. Se nimirum non potuisse
229 excogitare aliud medium certius, quo vitam amitteret. Nam si se ex alto erat
230 praecipitaturus, fieri potuisse, ut fracto crure evaderet. Si in aquam abiecisset,
231 natando sese salvaret, in conflictu vulneratus viveret. Negare Deum et atheistarum
232 sapere. Denique addere: se non poscere vitam, modo ut cito tolleretur, et ne in
populi manus perveniret, petere.
233 Sententia dicta per dominum Monmerancy, hora 2 in forum Mauberti adductus,
234 cum illi prius ad s. Genefonam manus esset absecta. Ibi prius strangulatus, tandem
235 in ignem demissus, quo et conbustus est. Dicitur illi facta gratia, ut primo loco
236 strangularetur, quod poenitentiam egerit et confessus fuerit. Domine Iesu, ne
inducas nos in tentationem!
237 In coena Nicolaus Magnan dixit Ludovico Undecimo regi morionem narrasse
actum comoediae scholasticorum, quo insimularent eum, das er noch nicht
maister lern, // den ehr dörfft nicht in der Stadt arbeiten, sondern ehr hilt sein 95r
werkgstadt in der vorstadt, da er seine sintschafften zwsamen forderet.
238 Hinc regentem collegii Senoniani, qui erat cum duobus adolescentibus sub initi-
um nostri adventus suspensus, fuisse summum hypocritam seque hoc contra mul-
239 torum opinionem longe ante dixisse et animadvertisse. Procuratorem eius collegii
fuisse virum bonum atque odio ipsi regenti, quod cum necesse haberet interesse
rationibus, obstiterit eius avaritiae, qua dixit eum fuisse insigni.

240, 241 XXIII. Ultimo usus sum haustu. Iulius praetendebat scriptionem literarum
ad dominum Ramum, cum esset repetendum 10, sed nihilominus perrexi.
242 A prandio abstinuit.
243 Hora secunda venit ad Iulium dominus Gamast donans illi pulchrum gladium et
244 pugionem. Hinc, cum ex lectione essem reversus, rogavit sibi licere vaginam
245 parari, gladium exacui et cultros. Quare una cum eo machropaeum adieram et
de pretio quinque solidorum pacti eramus.

*Fol. 94r in marg.:* Duo Cospaeani in prandio.
220 toto **p** to
224 *ante* Ego **p** *del.* et

246, 247 Praeceptor decubuit propter tormina ventris, quae senserat. Adolphus exegerat solutionem 35 solidorum pro Constitutionibus Burgundicis. //

248, 249 In coena erat Bransolvus cum coniuge et nepte. Sed finita coena ego et Zdencos- 95v
laus in conclave ascendimus ibique ad focum usque ad horam 9 consederamus, nec longe post Iulius erat subsecutus conquerens se non posse illis colloqui, quod essent nimium leves et scabiosae. Hinc se cubitum contulit.

XXIIII. Post horam 7 clistere usus sum, sed illud retinere prorsus non potui, eieci illico in paratum locum, nihilominus tum educebatur simul multum stercoris indurati. Neque praeter illam sedem toto die habui aliam. Hinc ad Iulium digressus
254 pretium libri Adolpho persolvi. Zdencoslaus vippam vineam nobis paraverat, ex qua omnes ientavimus. Gladium oleo iussit inungere.

Adolphus per puerum Kwarkium mihi miserat enchiridion Imberti perlegendum. In eo aliquot folia percurreram, donec ad prandium descendissem, ad quod cum consedisset Magnan, coepi eum interrogare, de quibus // haesitaveram et illi 96r
258 librum exhibere. Iulius ad hoc ita excanduit, ut diceret hoc nunc esse omitendum,
259 ut tranquille possit pranderi. Ego cum nihilominus perrexissem, ille indignabundus: „Kan ich noch vmb mein gelt nicht bekomen, das es wer, wie ich gern haben
260 wolt?" Quare postea suppressit mihi librum ipse Magnan.

261, 262 A prandio cum hospita assedimus ad ignem. Iulius Nicolao Magnan colloqui
263, 264 et de acie sui gladii concertare. Prandium erat frugale. Reliquum tempus cum praeceptore in nostro dormitorio exegi. Loco coenae habui aliquot cruda pira et haustum vini neque enim plura desiderabam.

Hospita, dum igni accumberem, exegerat pecuniam commemorans sibi opus esse pecunia nosque ad confessionem est exhortata.

Hora 12 nocturna celebratur sacrum, ubi dum fit elevatio, universus populus
268 acclamat „noye, noye". Verum prohibuit me corporis imbecillitas quopiam templorum abire. //

269, 270 ⟨25.⟩ Natalis Domini. Comes Iulius domi se continuit, praeterquam quod ad 96v
flumen prodierit, dum ego essem in templo ad s. Genefievam, ubi nihil peculiare vidi, praeterquam sacerdotes audientes per angelos confessionem, et in aede s. Stephani passim sacerdotes imponentes stolam hominibus ante se flectentibus genua
271 et tenentibus manu cereum accensum, recitantes euangelium. Eo absoluto stolam praebent absolutis exosculandam et ab absolutis nummum accipiunt.

In templo divae Virginis celebravit sacrum summum Monssieur Violé, qui
273 recens dicebatur designatus episcopus Parisiensis. In aditu templi omnia sunt plena indulgentiarum, praecipue autem ad fores infantes expositicii apponuntur,
274 cibantur etc., ut eo spectaculo eleemosyna colligeretur. Hinc sunt dispositae aliae tabernae cum inscriptione hospitalium, in illis collocantur, qui a transeuntibus stipem mendicam [a transeuntibus] exigant. //

275 In prandio conquerebar apud Magnan mihi hoc die accidere, quod non per totam 97r
vitam acciderit, nimirum, quod non fuerit mihi recens subucula pro Natali Domini, fore, ut dum olim haec retulero meis, dicant me aut porcum fuisse aut cum porcis conversatum esse.

276 A prandio cum Nicolao Magnan interfui contioni apud s. Benedictum, ubi
277 monachus Carmelita historiam nativitatis explicabat. Hinc domum reversus pue-
278 rum audivi exponentem euangelium. Reliquum diei spatium pacifice traduximus.

249 consederamus p conscenderamus

281 ⟨26.⟩ S. Stephani. Ientaculum sumsimus. Hinc Iulius equo a comite Helveto
mutuo accepto conscendit aulam, unde se sub vesperum domum rediturum pro
282 certo affirmabat. Ad prandium reversus est Zdencoslaus cum puero Bohemo refe-
rens Iulium in aula sumpturum prandium, sed proripuerat se cum comite a Waldek
et capitaneo Ost in vicinam popinam.
283 A prandio ad contionem in vicinum templum Carmelitarum transgressus
eram, unde re//versus cum Zdencoslao arcem conscendi reducturus Iulium, sed
non offendimus eum, donec regressi in aream una cum Waldeko nobis fierent ob-
284 viam redeuntes in aulam. Dixi Zdencoslao: „Tu hic haere eumque admone, ut
tempestive domum redeat. Me crura molestant, praecedam itaque domum."
Cum essem domum reversus, non longe post subsecutus est puer Bohemus
significans dominum sibi in mandatis dedisse, ut facem adferret, se permansurum
287 in arce spectatum choreas. Quare ubi facem coemissem, neglecta coena cum puero
in aulam profectus sum, ubi coenantibus regi, reginae, duci Aurelianensi et prin-
cipi Margarethae ad mensam astiti.
288 A coena catervatim secedebant in vicinum conclave et concludebatur ianua,
289 ne quis sequeretur. Ergo ibi me compellavit Gasnerus sciscitans ex me, num
290 scirem, ubi sit dominus. Cui cum respondissem me latere, ubinam haereret, me sibi
291 ascivit quaesitum comitem. Quare cum multas popinas pervagati essemus, tan-
dem in eam incidimus en la maison de Noyes, ubi commessationi assiderunt.
Capitaneus Ost cum a mensa assurrexisset, ad me declinans quaerens, num
haberem pecuniam, neminem eorum habere, // unde possit hospiti satisfieri. 98r
293 Cui ego: „Equidem mecum non habeo, sed si opus et necesse est, ego domum ibo
294 allaturus pecuniam." Quod cum innuisset, assumto puero Bohemo domum
cucurri atque pecuniam mecum attuli, unde persolutum pretium in diversorio.
296 Hinc Iulius una cum capitaneo Ost domum equitavit. Equus in stabulo Luschier
297 detentus, avena et reliquum pabulum ab eodem Luschier mutuatum. Indignabar
multum his excessibus, sed frustra, ut fere alias.
298 Hoc die dicebatur scheda affixa in reginam, in qua accusabatur concubitus
299 cum cardinale Lotharingico et similium. Fertur regina constituisse 8000 corona-
300 torum ei, qui autorem commonstraverit. Praeter haec passim in aula ea inconstan-
tia accusatur, ut quae nunc multis invitis ea cuperet reducere in religione, quae
paulo ante summe improbaverit.
1. Iulius iterum aversari aulam et mores Gallorum. Dicere: „Es wer ein schlimmer
303 Hoff, es hett kein netern Menschen daran." Se bene divexasse Landtsagkium,
304 cui paulo ante // canem, quem a Rudingero habebat, dono dederat. De Almirali, 98v
se non cupere, ut ei innotescat familiariter, eum non esse principem, se velle
305 commendari se superioribus, a quibus aliquando possit promoveri. Multaque pror-
sus leviter.
307 ⟨27.⟩ Dies Iohannis Euangelistae. Fuit processio solennis, cui rex, regina, dux
Aurelianensis et princeps Margaretha interfuerunt, ad s. Genefenam, ubi solenne
308 sacrum in praesentia aulae decantatum. Eo finito rex invitatus ab abbate eiusdem
309 coenobii ibi pransus est. Coepit hoc magnum animum addere catholicis, ut quod
310 habeant iam regem prorsus ex sua parte. Etenim nunquam fuisse regem Galliae,
qui non idem fuerit christianissimus.

283 fierent **p** fieret
298 *ante* Hoc **p** *del.* Iohannis Euangelistae

311 Mihi una cum marsupio ex sacculo in ipsa aede Genefievae surripuerunt tria
testilia et totidem solidos, eum ego profectum retuli ex processione, in qua trans-
312 eunti regi passim acclamabatur: Vive le roy! Hoc cum narrarem nostratibus,
ridebant me et gratulabantur, quod non plus amiserim // simulque referre eiusmodi 99r
furum esse magnam copiam, praesertim in palatio, eosque habere suas tesseras.
313 Comprehensos caedi virgis et auriculas eisdem amputari, at si fuerit compertum
quempiam eorundem vel quinque tantum solidos cuipiam ex domesticis furatum
314 esse, fune et suspendio plectitur. Also bin ich nun zweimal von den Franczosen
gereiziget, erstlich mit der buchsen, jetzo mit dem gelt, welches mir fast nöttig
gewest, dem Apoteker vnd Rodolpho zw bezalen.
315 Hic a prandio coepi torqueri frigore, quod eo die inusitatum coepit ingruere.
316 A coena abstinere et cubare propter corporis et virium languorem.
317, 318 ⟨28.⟩ Dies Innocentum. Surgebam circiter horam sextam et sumens virgas
319 accedebam ad lectum Zdencoslai eum de more caesurus. Ille surgere, libros in
me proicere, virgis percutere atque prorsus morem culpatae tutelae excedere,
quod aegre ferebam, praecipue cum essem corpore et valetudine nondum prorsus
restituta. //
320 Paulo post, cum assiderem ad focum in habitatione Iulii, ipse quoque eo venit. 99v
321 Inter me et illum intercessit quaedam exprobratio, parcebam tamen illi propter
Iulii praesentiam, nisi cum diceret non longum superesse tempus, quod respon-
derem: „Tuum erat quoque agnoscere beneficia, quia tam humaniter habearis
322, 323 pro parvo aut nullo labore. Nulla ad me pervenit ex te utilitas. Potuisset alius
haberi, quo et ego non parum usus fuissem propter colloquia et doctrinam aliquam."
324 Quippe cum nihil sciret aliud, praetendebat se sequi Iulium in aulam et ibi
haerere, cum nihil sit facturus alias maiori voluptate, quam ut sectaretur quonam
325 et de bono vino biberet. Ab eo tempore statui uti hoc homine agresti et imperito
minus solito eumque magis aversari, quod nihil moveretur mea erga se humanis-
sima benevolentia et amicitia, qua saepissime eum defendi // adversus Iulium et 100r
non parvam in me declinavi apud Iulium invidiam.
326, 327 A prandio locutus sum pharmacopaeo de mea valetudine. Hinc se obtulit
328 Cospaeanus Iunior, hinc iterum Hubertus et alii. Doctor Tanardus non prae-
329 legit. Iacobus Welsen venit ad nos atque cum nobiscum paulisper ad focum con-
sedisset, praefata venia domum reversus est mihique per puerum Kwarkium misit
libellos Germanicos inspiciendos.
330 Ad coenam vicini convenerant more solito, sed cito se subduxerat Iulius atque
in suum conclave ascendens Zdencoslao fuerat confabulatus.
331, 332 XXIX. Ligna emimus uno coronato. Lotrix sub ipsam noctem retulit lineas
333 vestes. Hora 3 post lectionem Tanardi ivi ad aedes doctoris Dureti medici, sed
334, 335 aberat domo. Habitat a nostris aedibus nonnihil remotius. Inde reversus fui
corpore valde lasso et defatigato, quare parumper praegustato pane et vino
cubitum memet // contuli. 100v
336 XXX. Mane hora VII conveni Duretum in suis aedibus atque num sciret
337 quempiam secretarium Duretum sciscitatus sum. Negabat alium praeter se esse
338 Duretum doctorem medicum et professorem regium. Hinc de mea corporis affec-

321 quia p qua
327 Cospaeanus p Cospaenus

339 tione illi verba feci. Suasit curam differri, dum caelum fieret paulo clementius.
340 Se tunc mihi omnem operam libentissime communicaturum.
341 Doctor Tanardus duas continuas horas legit significans sua negotia, ut diutius
Parisiis haereat, propterea se daturum operam, ut citissime lectionem absolvat.
342 Nobilis Marchicus mihi in lectione significavit Bartolemeum Böker Francforden-
sem diem suum obiisse, Bergmannum in eius locum successisse Perlini in loco
medici urbici.
343 Magnan referebat sub rege Francisco circiter 30 fuisse decapitatos, quod nollent
344 dicere „Vive le roy". Ipsum carnificem dolore motum // dixisse ultimo: Dicas 101r
345 „Vive le roy" et evades. Respondisse vero Burgundionem: „Vive la Burgundie,
346 frappe, frappe." Risit Magnan huius pertinaciam, ego laudare constantiam et
addere non esse honestum abnegare suum principem.
347. 348 Ultima Decembris. Aura turbida et humida de frigore nonnihil remittens.
349 31. Circiter horam octavam en la pont du S. Michel locumtenens seu capita-
neus defuncti Francisci Guisii cum duobus aliis fuit interfectus, tertius tamen
350 adhuc vivebat, sed non potuit quidquam proloqui. Fama dicebat Hugenotos hoc
designasse, quare iterum portae ad aulam obsessae et rumor sparsus Hugenotos
351 idem regi intentare. Effecit hoc, ne Iulius ascenderet in aulam, quod in animo
habuerat, cum ad se scripsisset capitaneus Ost gubernatricem principis Mar-
352 garethae hoc efflagitasse. Metuendum, ut haec dissidia privata adhuc in publicum
353 malum exeant, quod et Parisienses videntur desiderare. Metuendum, ne miseri ad
vindictam properent.
354 Posui capillos, quos fere toto semestri alueram habens caput etiam male dis-
positum. //
355 Hic fuit cursus anni 63, in quo cum valetudinem habuerim perpetuo adversam, 101v
Deo gratias ago, quod me clementer corripuerit, dum reliquus coetus mansit incolu-
356 mis et non labem aut infamiam affricuit. Te oro, fili, sapientia aeterni patris, qui
es Iehova, tu iustitia nostra, dum sumeres humanam carnem in alvo Virginis
357 Mariae, miserere mei et fac me ὄργανον τῆς δόξης σου. Et quia hoc meae servitutis
biennio non parum impedimentorum habui ad cursum studiorum promovendum,
largire mihi occasiones discendi benigniores, sanitatem robustam et voluntatem
358 tui meaeque vocationis perpetuo studiosissimam. Amen. //
359 In die Natalis Christi mane duo indusia Iulii in pueros Kwarkium et Bohemum 102r
sunt distributa. //

## ⟨VII.⟩

1, 2, 3 Anno a nato Christo M.D. LXIIII. Lutetiae Parisiorum. En la rue de Noyers près 103r
les carmes a ma dame de Vaulx chez L. Ayneau.
4, 5 Ianuarius I. Iulius expectabat equum a comite de Waldek ad se mittendum, in
quo veheretur ad aedes eiusdem comitis pransum, sed cum non esset missus, statim
6 a prandio pedes conscendit aulam regiam. Ibi cum colloqueretur prius praeceptori
principis Margarethae, habitationem principis erat ingressus, hinc choreas simul
7 duxit. Post horam tertiam rex una cum fratre et matre templum adiit, ut interesset

339 *ante* Suasit **p** *del.* iussi
352 exeant **p** exeat

8 vespertinis precibus. Interim tres fratres, cardinalis Chastillon, Almiralis // et 103v
Andelot, qui tunc primum fuerunt a me conspecti.
9 Sub crepusculum, cum iam redituriremus domum, Iulius incidit in comitem
10 de Waldek, a quo fuit in suas aedes deductus coenatum. Rogatus eram illuc
11 simul venire. Excepit autem nos coena admodum oppipara et lauta et quod locus
longe abest a nostro hospitio et sequens dies esset festus, ibi pernoctavimus.
12, 13 II. Apud comitem de Waldek pransi sumus. Prandio finito Iulius cum domino
14 comite eques conscendit aulam, ego domum me receperam. Ibi famula mihi
testimonia doctoris Murreti exhibuit, quae ubi perlegissem, in aulam redii atque
Iulium domum comitatus sum.
15 A coena abstinuit, in qua cum adesset dominus Bransolvus, illi colloquendi
16 studio consederam. Mihi interroganti respondit in Glossa literam M significare
17 Martinum quendam. Et glossas confusas esse, etiam eo nomine, quod duo fuerint
Accursii, pater et filius, quorum uterque // glossas scripserit. 104r
18 Hoc die coepit in aula quiddam moveri, ut omnes exigeremur ex palatio neque
quisquam in aulam admitteretur, quin esset contactu portitorum tentatus undi-
19 quaque, num quid gestaret prohibitae armaturae. Rumor enim spargebatur quen-
dam cum bombarda ingressum ad interimendum regem.
20 III. Lutetiae hic dies sacer est sanctae Genefievae, cuius templum est conti-
21 guum s. Stephani. Fuit ea parentibus rusticis prognata, sed claruit miraculis sub
22 episcopo Germano. Eius reliquiae in arca asservantur atque in solennitatibus
23 magna cum devotione circumferuntur. Fuit illuc processio particularis, nanque mu-
sici a Diva Virgine ibi decantabant sacrum.
24 Iulius contendit cum famula, a qua redarguebatur, quod non iret in templum
auditum missam, matrem vilifaceret, et ut domo exiret et migraret, sibi patentes
25, 26 esse portas. Iulius cum baculo eam caedere. Apud me redeuntem querelam insti-
tuere, monere, // ut contracto aere alieno locum mutare, se non posse haerere in 104v
27, 28 hac domo diutius. Denique me extitisse causam huius infortunii. Ita miser ado-
lescens in varias sese torserat partes.
29 Ego patientiam suadere et recusare debitum facere, dum habeam literas a
30, 31 domino. Induit animum nimis fastuosum ex conversatione aulica. Nanque omnes
domesticos, tum praecipue ipsam hospitam quasi responsis et alloquio dedignatur.
32, 33 Hoc illis grave accidit. Et xenia expectabant, praecipue cum mater munus miserit
ipsis Calendis Ianuariis, poma cum racemis, et focaria fruticis rosmarini florem
34 comiti obtulisset. Ast ubi subolfaciunt nos destitui pecunia, vilius habent splen-
35 dorem et magnificentiam. In prandio aderat quidam advocatus cum sua coniuge,
qui mihi interroganti respondit societatem Lazari iunctam esse societati Equitum
s. Iohannis Ierosolimitani. //
36 A prandio venit ad nos Iohannes Fincier, cuius colloquiis usi sumus usque ad 105r
vesperam, hinc in coena fuit detentus, in qua simul aderat Bransolvus cum coniuge
et Mainardus.
37 IIII. Doctor Tanardus hora 8 absolvit dictandi consuetudinem, cum diceret
38 prius de exceptione et replicatione. Lectione finita illi collocutus eram, inter
reliqua mihi interroganti respondit: Heri eramus omnes interficiendi a papistis.
39 17 armati ingressi sunt aulam, ut ibi vi invaderent Almiralem et Andelotum, hinc
40 reliqui caederent reliquos domesticatim. Sed fuisse has insidias tempestive detectas

*Fol. 105r in marg.:* Fincier in coena.

41 ipsi Almirali, quare ipsos insidiatores sese paulatim subduxisse ex aula. Denique
Guisianos hoc habere animo, ut in Gallia extirpent haereticos, hinc viribus iunctis
42 cum Hispaniarum rege // invaderent protestantes Germaniae. Hinc de occasione 105v
43 viarum ad Andenses collocuti sumus. Fuit huius diei inconstans temperantia
propter decidentem nivem, sicut et pridie.
44 Cum domum redirem, admodum rogabat Iulius, ut mutuum facerem sex aut
quinque coronatorum pro adornando convivio, ad quod invitaretur praeceptor
45 principis Margarethae, comes a Waldek, Tanardus et alii. Se hoc habiturum eius
beneficii loco, propter quod mihi velit ad perpetuam gratitudinem esse obligatus.
46 Perseveravit in hac petitione valde pertinaciter, donec eum a prandio fregissem,
ostensis undiquaque circumstantiis, quibus impediremur sumtus aliis extraordina-
rios facere.
47 Optimus et doctissimus vir Iohannes Tanardus, cum absolvisset lectionem
Institutionum, suis auditoribus valedixit rediturus post paucos dies ad Andenses,
ubi locum habet praecipuum inter doctores regentes et stipendium praeterea ab
Andensibus 300 taleros, propter quod singulis diebus bis praelegit. //
48 N. Magnan rure ad coenam reversus est, ubi potissimum verba fecit de interfecto 106r
49 capitaneo Chartien ob rei indignitatem. Sed dicitur antea interfecisse fratrem eius,
a quo est interfectus.
V. Toto antemeridiano tempore me domi continui, sed quia Iulius nimis diu
51 se in lecto continuerat, lectiones domesticae sunt praetermissae. Tempore prandii
venit ad Iulium quidam chirurgus Germanus, quem petiit nobiscum manere in
prandio, quod videbatur etiam eo nomine in aedes nostras venisse.
52 A prandio cum Iulio conscendimus arcem, ubi gynaeceum principis Marga-
rethae ingressus ibi haesit, donec post auditam horam quartam domum in equo
comitis a Waldek esset reversus.
53 Sub ingressum aulae portae custodibus dedimus strenam, quam nudiustertius
Iulius illis salutantibus promiserat.
54 Mihi ex asperitate aurae morbi imbecillitas visa est nonnihil recrudescere, quam
utinam avertat Deus ad extremam Aegypti solitudinem! //
55 Iulius hoc die animo fuit solito ad oboedientiam procliviore, quia sub noctem 106v
56 domum reversus est. Sed non longe post secutus est Iohannes Plaw, ut interesset
electioni regis, quod nostrates admodum male habuit, praecipue quod inter
57 coenandum illi soli fuerit collocutus neglectis omnibus. Me corporis imbecillitas
prohibuit interesse actui electionis et coenae, nanque illico mihi decumbendum fuit.
58 Post horam 9 assedit ad meum lectum Nicolaus Magnan longam instituens
querelam de superbia, fastu et importunitate comitis, ut qui veluti de sublimi
aspernetur omnes suos, cum sint sui honoris omnes ex aequo longe studiosissimi.
59 Significare insuper se malle eum abesse, quam adesse istis moribus neque eum
60 unquam fuisse in aedes receptum, nisi mea autoritas intercessisset. Hoc pacto
nunquam futurum, ut apprehendat linguam Gallicam. //
61, 62 ⟨6.⟩ Dies Epiphaniarum. Adfuerunt in prandio convivae clarissimus vir doctor 107r
Iohannes Tanardus, qui postridie parabat discessum, et Iacobus Welsen, quia
Hubertus et Mizaldus non potuerunt haberi, quod tardius illis invitatio esset

*Fol. 106r in marg.:* Chirurgus in prandio.
*Fol. 106v in marg.:* Iohannes Plaw in coena.
*Fol. 107r in marg.:* 2 convivae et puer Tanardi.

63 significata. Empta erant pro illo prandio altilia: duo capones, duae perdices et
64 fasciculus avium. Prandio vixdum finito Iulius illico festinabat in aulam, ego
metuens recurrentem morbum ex frigiditate aeris et aquae, per quam est traiicien-
dum, domi memet continui.

65 Hora 2 venit ad me Hubertus Languetus et mihi strenae nomine obtulit denari-
66 um cum inscriptione Lodovici Primi, filii Caroli Magni imperatoris. Hinc cum
ultro citroque collocuti essemus de statu rerum Gallicarum, de nostro comite
incidit mentio, ut diceret difficile regi huiusmodi, praecipue iam grandiusculos,
67 sibique videri, quod Iulius studia non multum amet. Quod verum est, praecipue
68 quo ad literas. Vellet quidem habere doctrinam, sed sine conatu et labore. //

69 Sub ipsum vesperum accurrit puer Bohemus dominum mandare, ut numerem 107v
pro face, illum coenaturum in arce et expectaturum choreas, quibus finitis eum
70, 71 domum reversurum. Quare puer cum face in aulam rediit. Hora decima domum
rediit et deduxerat eum praeceptor principis Margaretae, propter quem sumtae
duae pintae vini et Maynan mutuo dedit 4 solidos pro saccaro.

72, 73 VII. Iulius mane usque ad octavam horam decubuit. Ideo primum repetivimus
74, 75 grammaticam. Animum habet ineptum et alienum a studiis. Deus me clementer
hoc fasce levare dignetur, dise har taugen zw keinem pelcz.

76 VIII. Perrexi in expositione catechismi, hinc iussus est argumentum reddere.
77 Verum adeo negligenter functus est officio, ut nec verba, nec sententiam praescripti
78 thematis reddiderit. A prandio lavit caput et cultui corporis vacavit. //

79 IX. Cum surrexisset a lecto, iussum est adferri ientaculum, quod suasit sumere 108r
largius, si forte nobis impransis fuerit manendum in aula, quare praegustato ienta-
80 culo statim eum in aulam deduximus, ubi vagatus est per palatium. Cum rex
81 coepisset prandere, ego me domum subduxi. Ecce non longe post sequitur Zdenco-
82 slaus una cum Bohemo. Prandio finito in arcem reversi sumus, ubi reliquum tem-
83 pus continuavi. Ad coenam Zdencoslaus iterum excurrit domum, quia Iulius signi-
ficabat se in aula coenaturum et habiturum equum, ut post finitas choreas domum
redeat.

84 Mansi ego incoenatus in aula fuique spectator chorearum, quibus finitis hor-
85 tatus fui Iulium domum redire. Ille: Waldekium abesse domo nec sciri, ubi esset,
86 se non posse habere equum. (Nam prius me nescio miserat puerum Kwarkium
87 in eius aedes, ut posset habere equum.) Sed pro se et mea persona paratum esse
88, 89 lectum. Ego hortari, ut potius domum rediret. Inde, cum princeps Margareta
90 descenderet in suum conclave, associavit se eius coetui. Ego et Zdencoslaus
altera parte ipsum quaerere, quin ego gynaeceum eram ingressus, verum iam
91 aberat. Tunc rediens in pallatium, ubi // cum eum vidissem colloquentem Ger- 108v
mano, hortatus sum eum serio, ut domum rediret, nondum esse profundam noc-
92, 93 tem, nos sufficere pro eius custodia. Ille respondere se non iturum. Si nollem
94 secum manere, domum irem et relinquerem praeceptorem et pueros. Quare ego
discessi domum plenus indignationis.

95 Cum ex gradibus descendissem, incidi in puerum herilem, qui cum haberet
96 facem, interrogavi, cuius esset. Respondit a Zdencoslao emtam, ad quod ego

66 Gallicarum **p** Galliarum
68 Vellet **p** Vellê
69 *ante* eum **p** *del.* se do
91 rediret **p** redire

admodum commovebar, quod fierent duplices impensae, cum prius puer Bohemus
97, 98 attulisset nostram. Quare eum durius compellaveram appellans eum pecus. Non
insanivit ille minus, ut solet, ille pertinacis cerebri baccalaureus.
99 Assumto puero domestico domum reversus sum, quo ubi primum veni, incoena-
100 tus me contuli cubitum. Post horam 10 puer Bohemus subsecutus est referens
Iulium ex arce longe progressum in aediculis // quibusdam pernoctaturum, sibi 109r
101 et Kwarkio mandatum esse, ut iret domum. Se errore excurrisse usque ad fines
102 urbis, Kwarkium defecisse in via. Unde maior mihi adhuc extitit animi aegritudo,
ut maiorem partem noctis insomnem duxerim cogitans: Ecce gaudebam de die
crastino, ut qui finem poneret meae provinciae, at quae non intercedit deformitas?
3, 104 Quid si puero in via aliquid adversi aut tragici accidat? Comes morbos consec-
10 105 tetur? Sustinui tamen fieri, quod infectum fieri noluit Iulius, dum meas obiurga-
tiones et admonitiones sperneret et mihi pervicaciter responderet in aula, quod
nunquam antea ab eo factitatum memini: „Nolo, non ibo."
106 X. In prandio cum Magnan colloquebar atque inter cetera retuli me carere
107 discipulo, ille dicere metuendum, ne societate corrumpatur. Sed fuerant mihi
multa dissimulanda, quia non bene deformitas huiusmodi detegitur. //
108 Ecce neque hoc die Iulius reversus est prius, quam hora quarta vespertina et a 109v
109 coena admodum cito se contulit cubitum, sicut et praeceptor. Conquerebantur
110 enim se duriter cubuisse, cum Iulio nec caligas exuere licuerit. Tam illi aerumnas
pati suavius accidit, quam domi suae invigilare literis.
111 Mane audiebam doctorem, qui ordiebatur titulum de tutelis, sed non erat ad
meum palatum idoneus.
112 XI. Mane Iulius protraxerat dormitionem, ut praeter unam horam matutinam
113 non repetierimus. Audivi hoc quoque die lectionem publice in titulo de soluto
matrimonio, sed hic adhuc minus arriserat.
114 Frigus fuit summum et ingens, quale vel apud ipsos Saxonas locum habere
possit.
115 XII. Emi ligna atque eodem die, cum iam finissemus prandium, intervenit
ad // mensam capitaneus Paulus cum quodam altero, qui a mensa cum Iulio 110r
ascenderunt in suam habitationem, ubi commessatio per me apposita solito largior
mihi laudem obtinuit apud Iulium, qui eos discedentes deduxerat ad flumen, unde
ad coenam domum reversus est.
116 XIII. Literae nobis allatae Duaco ab Andrea, quibus significat Ionam illic per-
noctantem duos coronatos insumsisse, nihilominus tamen secum et pransum et
7, 118 coenatum esse. Der Junker wirdt mit seinen gesellichen pankerut haben! Die
11 Solis se repetiturum literas respondit tabellio.
119 Inter repetendum, cum forte gravius obiurgarem Kwarkium, quod gramma-
ticam nesciret, lectione finita data manu Iulius promisit se intra mensem perceptu-
rum grammaticam et syntaxin, ubi primum fuerint allatae literae, ut scire possit,
120 quisnam sit futurus suae vitae status. Se nunc disturbatum animo non satis iustam
121 posse studiis impendere operam. Ego eum nihilominus iussi perpetuo esse in
officio. //
122 Sub vesperum, cum esset repetenda syntaxis, scripserat chartam ad capitaneum 110v
123 Paulum, ut per eum doceretur, quando equiria sint celebranda in curia. Post horam
3 rediit puer significans salutem, hinc responsum eiusdem Pauli, quamvis invito

116 *ante* illic **p** *del.* ibi

Iulio, inter reliqua, quod iam habeat habitationem, in qua possit pernoctare.
124, 125 Ego dixi: „Tamen scio te semper hoc agere, ut diversus eas." Ille statim contendere
126 se nihil horum scripsisse ad eum. Ego: „Cur igitur prohibuisti puerum dicere et
127, 128 quod dixerit, eum caedis? Habeo eius rei satis praeiudiciorum. Duaci ad me
accurristi legens mihi tuas literas ad Petrum Antverpiensem, tamen quod de
129 horologio scripseras, subticuisti. Item cum me cogeres mittere Andream Bruxel-
las ad dominos Bohemos, quasi iurabas nihil tua interesse aliud, quam ut com-
menderis principi Aurantiae et Egmundano, interim tuis literis petebas nescio
130, 131 quem gladium. Sed quiesce // nunc et age hoc, quod debes." Sic eum a me 111r
repuli.
132 XIIII. A prandio coepit mihi loqui in hanc sententiam: „Siquidem non vis,
133 ut pernoctem foris, cum tamen mihi hoc concesseris alias. Si tibi sic videtur, ibo
134 nunc ad capitaneum Ast, ut mihi det usui equum pro crastino." Ad quod ego:
135 „Heri mihi quoque sat inofficiose obiecisti priores consensus et veniam. Sed qua
136 ego consenserim, res ipsa loquatur. Saepius decubentem me absens per pueros
137 rogabas, ut tibi liceret pernoctare foris. Numquid ego languidus te vi domi retrahe-
138 rem? Alias cum peteres, addebas, ut soles, te nihil petiturum posthac simile, sed
139 facile oblivisceris, quae possint te oppugnare. Mihi non est probabile, ut eas ad
capitaneum, quem tibi propter disconvenientes mores praeposuisti fugiendum,
ut ab eo petas hoc officium, praecipue cum etiam antehac incassum illum de equo
140 petieris." Rursus ille: „Certe ego non possum noctu per plateas // ambulare." 111v
141, 142 Ad quae ego indignabundus: „Quod si non poteris ulla ratione cohiberi? Ego
te non comitabor, pactum tempus absolvi."
143 Hunc sermonem adeo odiose excepit, ut mihi etiam convictum et cetera
144, 145 exprobraverit. „Ne mireris", inquam, „hunc sermonem. Mea nunquam fuit
146 alia obligatio, nisi ut ne diem tecum haererem, dum tu nolles oboedire. Ac ego
147 fideliter tibi inserviens biennium tecum haesi. Hoc tuum erat tanquam fidelis
148 discipuli grato animo agnoscere. Neque enim tibi conscientia aliud dictitare
149, 150, 151 poterit." Ad quod ille: „Conscientia! Conscientia! Dörfft mir nicht von der
152 conscientia sagen!" Ego: „Iudicabit inter nos Deus."
153 Dum haec fiunt, accurrit puer: „Domine Proxene, postulat te quidam, ut tibi
154 referat novitates ex Germania." Quare in aream descendi, ubi Iohannes Tho-
massy, cum prius ex me quaereret, sim ne ego praeceptor Iulii Schlik comitis,
dixit sibi a Mathaeo Ebnero Noribergensi iniunctum esse, ut mihi numeret 500
taleros valore 17 paciorum, quare illam pecuniam // se mihi bona moneta datu- 112r
155 rum die Lunae aut Martis. Hinc quoque, cum fuerit nobis ingrediundum iter,
se habere in mandatis, ut pro viatico nobis annumeret ducentos vel trecentos flore-
156, 157 nos. Rogabat, an acceperimus literas. Cum nullas nos accepisse respondissem,
158 ait: „Nihil refert, brevi habituri estis literas. Interim ego tibi summam 500 tale-
159 rorum eo valore, quo dixi, exponam." Atque sic discessit accipiens nomen nostri
hospitii a Maignan annotatum.
160 Iulius istud colloquium ex alto auscultavit, quare cum rursus ascendissem, non
opus erat longa commemoratione, sed fuit attonitus eo nuntio, quod audierit
161 sibi domum esse redeundum. Rogabat illico, ut secum prodirem ad flumen.
162 Ibi contractius agens petiit sibi non vitio dari, quod me impetierit, se quidem
nunquam alio esse animo, quam ut perpetuo existat gratus pro meis magnis et

155 *ante* habere p *del.* quo

fidelibus officiis, verum hactenus adeo fuisse distractum, quod non haberet literas
a parentibus, unde scire posset, quidnam sibi foret agendum in posterum, ut vel
a mure morderi possit. // Hinc quaerere, quidnam sit mei consilii, sibi hoc esse 112v
longe persuasissimum, fore, ut degeneret, si ex praesenti studiorum curriculo
164 fuerit avocatus, se nosse suam naturam. Noscere etiam atque pro certo deprehendere fore, ut meis admonitionibus in melius abiret.

165 Ego consulere, ut nihil habeat animi alieni a iussu parentum, interim ut diligentem navet operam linguae Gallicae et bonis literis, se suaque negotia Deo com-
166 mendet. Ille aliam sui animi cogitationem referre, nimirum ut se commendet principi de Condée atque eum oret, quod si fuerit redintegratum bellum aliquod, ut ad se scribat, se adfuturum cum equitibus etc.

Ego redarguere eius hoc animi propositum et manibus ac pedibus dissuadere, praecipere, ut potius curet de edendo aliquo studiorum honesto specimine suis parentibus, de quibus ut sibi hoc certo persuadeat, quod diligenter sint sui habituri
168 rationem. Cogitet, quo nomine in has regiones magnis impensis sit ablegatus, quam
spem sustineat non modo apud parentes, sed omnes amicos // et ipsam patriam. 113r

169, 170 Ille, ut saepe alias, de importunitate sui patris quaedam conqueri. Deus nos clementer iuvet, ut bonis avibus suis parentibus restituatur. Hinc in palatium digressus, unde domum reversus est plenus turbati animi.

172 Hoc quoque die Boutinus a prandio absoluta repetitione me compellavit, ut sciret, quonam pretio deberet huc venire. Respondi me annotare singulos dies, quibus suam nobis solet communicare operam, ubi fuerit tempus, ei fideliter solutum iri nomine domini comitis.

174 XV. A prandio conscendimus arcem, ubi cum esset aliquot horis prodeambu-
175 latum, sub vesperum ad coenam domum reversi sumus. Ibi nihil tumultus, nihil ornatus, sed in crastinum parabantur theatra.

176 Zdencoslaus domi se continuerat, laborabat enim gravi tussi atque me de
177 pecunia iam aliquot diebus compellaverat, ut sibi coemeret caligas. Dicere etiam, si mores Iulii essent tolerabiliores, se non curaturum, si vel intra quadriennium sibi non esset adhuc domum redeundum. //

178 XVI. Mane, cum essem ingressus templum, aegre tulerat Iulius praetendens sibi 113v
179 eundum esse in aulam salutatum Almiralem. Quare cum reversus esset et ille pararet discessum in aulam, dixi differendum in pomeridianum tempus. Sed ille praetendere, quod sibi salutandus esset Almiralis, quod tamen antea se facturum abnegabat nullo eum ad hoc compellante, idque ob has causas, quod non esset aliquis princeps et quod nollet per eum se reddere odiosum parti adversae.

181 Quare eum in aulam deduxi atque post interpositam moram domum reversus
182 sum, ut rationibus conficiendis inhaererem. Interim, priusquam in aulam essem reversus, cum Paulo et Waldeko ex aula discesserat atque a Paulo in collationem mutui acceperat unum coronatum, in aulam venit invitans atque secum abducens gubernatorem, praeceptorem et quendam tertium principis Margarethae in aedes
183 hospitii capitanei Pauli. Hinc in aulam reversi sunt, ut hastiludiis interessent.
184, 185 Ad quae ego quoque sum // admissus. Erat me hercle apparatus admodum 114r
dives et splendidus, ducebantur quasi in triumpho princeps Condaeus et de Nim-

175 tumultus **p** tumulti / ornatus **p** ornati
176 *ante* Zdencoslaus **p** *del.* XVI
178 *ante* salutatum **p** *del.* ut

vers, qui postea sustinuerunt luctam adversus verres, viriliter certe et strenue.
186 Hac pompa finita hortatus sum Iulium domum redire, sed ille me repugnante
in diversorium Pauli tendere ibique comitem Waldekium detinere et per noctem
187 haerere. Deerat ignis deerantque lecti, tamen Iulius cum garrulo capitaneo lucu-
188 bravit usque ad secundam horam noctis. Mihi cum capitaneo Ost erat cubandum,
189 monstro hominum. Pedes mihi nimio frigore correpti.
190 XVIII. Hora 7 surgebam de lecto necdum potuimus habere ignem, quod ligna
191 deessent per totam domum, neque vero Iulium impellere, ut domum rediret. Ab-
192 legaverat in nostras aedes Kwarkium, ut sibi adferret alias vestes. Qui cum rediret,
significavit mercatoris famulum fuisse domi nostrae, ut quispiam nostrum suum
193 dominum conveniret. Quod cum Iulio significarem, statim ille referre mihi ad
194 mercatorem eundum pro pecunia. Reliqui dicere: „So werden wir nun freie haben
zw schlemmen." //
195 Quare sciscitatus sum de aedibus mercatoris, in quas cum venissem, domo 114v
aberat, verum significabat famulus eum a prandio venturum in nostras aedes.
196 Hinc domum nostram reversus sum, ubi cum Zdencoslao ientaculo sumpto in
197 aulam reversus sum ibique Iulium expectabam usque ad horam tertiam. Denique
cum iam aula egressus esset, non desii eum compellare, ut domum rediret, ubi
198 ille commotus dixit: „Ne puogdu hle." At paulo post usui accepto equo a Waldekio
199 domum discessit. Equidem multum distrahebar animo, quem tamen ita hoc
tempore institui, ut bona gratia possem hanc provinciam deponere, quod faxit
clemens et aeternus Deus!
200, 201 XVIII. Dormitionem fere in 9. horam protraxit. A prandio statim coepit
202 me impetere, ut illi caligas emerem. Ego me nihil acturum novi, dum adferantur
203 literae, respondi. Et ille impetuose agere et adserere parentum non esse eam
voluntatem, ut in eorum dedecus laceris vestibus incedat. //
204 Tandem ego eum rogare, ut differet in illud saltem tempus, dum literae adfer- 115r
205 rentur, mercatorem ipsum in dies expectare literas. Hinc de studiis eum monui et
ordinem institui, ut bis a me in lingua Latina, bis item in Gallica per Maignan
et Butinum institueretur atque ut hoc ageret totis viribus, ut, si fuerit redeundum
206 ad parentes, aliquo specimine bonarum literarum eorum animos demulceat. Ille
admodum reformidare operas Maignan, credo, quod censorem eum metuat rigi-
diorem, praecipue cum dixisset ad me Iulio non esse animo linguam Gallicam.
207, 208 XVIIII. Ligna iussi adferre, mercatorem adii de pecunia. Sed quia aberat
209 domo, significavi famulo comitem mirari, quod non numeretur pecunia. Ro-
gare, ut cras hora octava in nostris aedibus adesse et pecuniam numerare velit.
210 Erat mecum Zdencoslaus.
211 Hoc die a prandio Nicolaus Maignan coepit hora prima pomeridiana Iulium
212 instituere in lingua Gallica. Haberet ille has operas bene utiles, si modo diligentiam
adhiberet, a qua ille longe abesse. //
213 XX. Post horam octavam venit in nostras aedes famulus mercatoris significans 115v
suum dominum rogare, ut veniremus in eius aedes receptum pecuniam simulque
214 notulam syngraphae adferebat. Quare ego scripto chirographo in haec verba:
Ich Simon Proxenus von Sudet bekenne mit eigner handschrifft vnd auffgedruktem
sigil, das ich aus vorordnung meines Gnädigen Herrn, Herrn Ioachimi Schliken

197 *ante* non p *del.* ego
205 Gallica p Gallia

Graff von dem Erbarn Ambrosy Bosch, Hans Formberger vnd mitvorwanten burger zu Nurnbergk empfangen hab zu Paris von irem factor Hans Thomassy, nemlich funffhundert taler zu sibenzehen paczen, ist die Summa funffhundert sechsundsechzig gulden, vierzig kreuczer, die vorsprechen obgenandtem meinem gnädigen Herrn, gemeln Ambrosy Bosch vnd Formberger zu erlegen durch den
215 erbaren vnd festen Mathes Ebner. Geschehen zw Paris den 20. Ianuarii anno
216 1564. Je ein gulden zu funffzehen paczen gerechnet. //
217, 218 Una cum Zdencoslao in eius aedes veni. Ibi cum legisset chirographum, dicebat 116r
requiri manum et sigillum comitis, ad quod ego: „Non opus est, quia mihi numeratur pecunia neque comes adhuc utitur sigillo, dum pater illi nondum concesserit.
219, 220 Sed hoc fiet, ut suum nomen subscribat. Ego insuper addam meum sigillum."
221 In quo cum acquiesceret, iussit nos a prandio hora prima ad se redire, chirogra-
222 phum adferre et pecuniam auferre. Rogabam ab eo habere coronatos vel pro dimidia parte, sed negabat se posse habere meliorem pecuniam, quam est testi-
223, 224 lium. Atque sic me in ea moneta acquiescere oportuit. Sed cum erit nobis ingrediundum iter, tunc se daturum nobis aliam monetam, quae ubique locorum sit
225 valitura, promisit. Cum domum essemus reversi, Iulius non minori importunitate quam alias coepit rogare, ut de alio hospitio prospicerem neque mihi satis fuit rationum ad eum persuadendum, ne hoc sub finem abitionis attentaret.
226 A prandio, cum Maignan absolvisset lectionem, ego et Zdencoslaus assumto
puero Kwarkio // mercatorem adiimus atque numerata est nobis pecunia 1416 te- 116v
227 stilia, 8 solidi. Offerebam octo solidos ministro, sed renuit accipere, fortasse, quod
228 nimis parum esset. Eam pecuniam Zdencoslaus domum asportavit, quae postea
229 in meo musaeo est asservata. Equidem ex animo vellem alium nunc constitui numiphilacem, quia singulis horis cupio vacare libere meis studiis, quibus reddor prorsus ineptus cultor propter continuam animi distractionem.
230, 231 In coena aderant cognati hospitae. Sub ipsam noctem venit tabellio Duacensis in nostram domum, cui literas dedi ad dominum Ramum et Andream Lekesch atque ut Iohannem Polonum salutaret, mandavimus.
232 XXI. Pridie significavit mercator literas, si quas vellem scribere, brevissime exararem, quare hisce verbis eas conscripsi: Edler wolgeborner Graff, Gnädiger
233 Herr, Eurer gnaden sein meine pflichtige dienst alzeit vnterthaniklich bereidt. Kan
E. G. nicht bergen, das wir den 20. Ianuarii von Hans Thomassy alhie zu // Paris 117r
empfangen funffhundert thaler, einen zu sibenczehen paczen gerechnet in fran-
234, 235 czösischen testonen. Gilt aber der thaler in algemein alhie 18 paczen. Darauff genandter factor geantwort, er hab sölichen befehl, wie ich den auch die brieff gelesen, hab im geben ein Schuldtczetl meiner handschrifft und sigil sambt der
236, 237 vnterschreibung Graffens Iulii. Dan ers auch also hat begeret. Thu mich kegen E.G. zum höchsten bedanken, der gnadigen forderung, dan ich vor meine besoldung darvon genomen hundert thaler, welche ich bin schuldig gewest, eins theils vor buch, zwm mehrern aber vmb burgschafft vor meinen lanczman, welcher vor

224 *ante* Sed **p** *del.* Cum
225 alias **p** alia
231 *ante* Sub **p** *del.* XXI Literas
233 *ante* Paris **p** *del.* Paris funffhundert thaler empfangen in werdt eines jeglichen zu sibenzehen paczen, gilt ab... in franczösischen Testonen
235 *ante* Darauff **p** *del.* Es hierauff hat / *ante* meiner **p** *del.* mit
237 *ante* vor **p** *del.* hab / *ante* besoldung **p** *del.* dienst dar / *ante* zwm **p** *del.* zu

238 zweien Monaten von hinnen noch haus vorruket. Zweiffel nicht, er hab sich bei
239 E. Gnaden gestelt vnd auffgehalten. Keine brieff haben wir von E.G. bisher
empfangen, sehe alle tag auff, // wen jemandt von E. Gnaden abgefertiget an- 117v
kome, bin gancz bereidt anstendige Rechnung zu thuen vnd in Gottis namen
durch E. Gnaden bewilligung mein Ampt abzulegen, dan vorwar die saumunge
zu meinem studiren nun zu gross vnd zu lang sein wil, weil ich dennoch forthin
240 nicht mer jungk bin, sonder nun vber mein einunddreissig Jar komen. Thu mich
hiemit kegen E. Gnaden in ihre schutz vnd handthabung befehlen mit unterthäniger
bitt, sie wol mein gnädiger herr sein vnd bleiben, dan ich mit guttem gewissen nie
kein vleis gesparet E. Gnaden Son in allen dem, so mir von E. Gnaden auffgelegt,
241 auffs vleissigste vorzustehen. Gott hat Inen auch bisher zu guttem gesundt und
auffnemen erhalten, welches ich seiner göttlichen gnaden vor herzen dank. //
242 Literas sic descriptas et obsignatas per Zdencoslaum misi in aedes factoris, 118r
243 quia puer Kwark mittebatur per Iulium ad comitem Waldekium. Iulius esse
admodum importunus de inquirendo alio hospitio, cum alias, tum praecipue in
244 accubitu ad mensam, cum prandii, tum coenae tempore. Ego iam integris viribus,
Deo sit laus, plus solito largius comedere et bibere, expectans dimissionem et
depositionem officii admodum avide et cum summo desiderio.
245, 246 XXII. Wechelium semel atque iterum quaesivi suae domi, sed aberat. Puer
Kwark erat statim a lectione matutina missus ad comitem de Waldek, hinc ad alios,
247 ut expiscaretur loca pro conducendo novo hospitio. Nec rediit prius, quam esset
tempus prandii, ad quod accedebat Iulius plenus animi, ut statim se comitarer
lustratum domos.
248 Prandio finito neglecta lectione cum magna contentione animi excurrebat //
visum nova hospitia, de quibus cum quaedam iocose dixissem subsequens eum, 118v
249 quod longe abessent ab universitate, aulae proxima, indignatus est. Lustravimus
autem ternas aedes, quarum tamen nullae erant aptae nostris studiis aut consortio,
250 quin Iulius ipse spatiatus per plateas iussit quasi singulas domos lustrare. Domi
nostrae dicere se non posse nunc intendere animum studiis, priusquam immigret
251 novum hospitium. Perniciei proximus est, nisi brevissimo tempore fuerit reversus
ad suos. Aulam ambit, ad quam habet omnes occasiones praeclusas, studia ne-
gligit, ad parentes redire formidat propter nimiam studiorum et ingenii tenuitatem.
253 Magnus esse cupit, sed sine labore.
254 Domum reversi hortabar eum ad lectionem Gallicam, respondit se die crastino
255 compensaturum, quicquid hoc die negligeretur. Hinc, cum ego pararem abitionem
ad lectionem publicam, petiit dimissionem cum praecep//tore, quam cum im- 119r
petrasset, ad capitaneum Ast divertit, ubi cum incidisset in quendam Germanum,
eum secum abduxerat, qui praecipue narrabat de ordine Crucigerorum, quorum
uni serviebat annis aliquot in insula Maltha et interfuit, dum navis Turcica
256, 257 caperetur. Eum secum detinuit in coena. Retulit idem de suo fratre decapitato,
propterea quod esset accusatus apud regem Henricum per commissarium abs eo
258 caesum. A coena fuit dimissus.

238 *ante* er p *del.* E.gnaden
239 *ante* anstendige p *del.* feine / *ante* vorwar p *del.* es / *ante* nicht p *del.* kein Junger
240 *ante* in p *del.* zwm vnthertänigsten bedanken / *ante* gesparet p *del.* nie
241 *ante* Inen p *del.* auch sein segen vorlihen, das er sonder gross vnglük vnd gefev
*Fol. 119r in marg.:* Germanus in coena.

259 Iohannes Auratus in publica lectione dixit in elegia Ovidii de nuce recte legi:
260 Agricolae fructu praeveniente deos. 'Praevenire' antiquum esse pro 'offerre' seu
262 'dedicare'. Sic quoque usum esse aliquem poetam Gratium De venatione. Inepte
itaque et inerudite legi a quibusdam 'proveniente'.
263 N. Maignan in coena de Maistre Fouraiet, qui erat sacerdos in collegio Praeleo.
264 Ille cum reduceret duos pueros discipulos secum Parisios, habuit comitem sacer-
dotem, hinc puerum a pedibus, de cathena interrogantem, hinc tertium interrogan-
tem de itinere ad Fontoys et cathenam proferentem. //
XXIII. Iulius fere ad nonam horam protraxit dormitionem. A prandio cum 119v
eum monuissem lectionis, N. Maignan adesse praesto, respondit se hoc die
267 lecturum euangelium aut aliud acturum. Satis est, si reliquis diebus discat et
268 repetat Gallica. Hinc iterum, cum venisset ad nos in Zdencoslai cubiculum inter-
rogans, de quibusnam rebus nobis esset colloquium, respondi: „De eo, quod ne-
269 gligas linguam Gallicam et studia." Ad quod Iulius: „Tamen scio bene, quod tu
270 ipse velles libenter repetere." Dixi: „Non est mihi tantum curae lingua, verum
tibi studiose erat discenda, si forte dominus te domum revocaverit, eiusdem
271 non penitus rudis reverterere." Respondit: „Imo nihil minus discam quam
linguam Gallicam, quamprimum intellexero, quod dominus me noluerit abesse
272 diutius. Sed Latinam discam tantum."
273 Sicque totum illum diem traduxit inertem, donec sub horam quartam vesperti-
nam veniret minister praeceptoris ducissae Margaretae, qui cum illi praeceptoris
nomine significaret cras aulam discessuram, principem Margaritam sciscitatam
274 fuisse de eo atque ex me inter//rogaret, quidnam esset facturus. Respondi, ut 120r
275 cras adiret aulam. Hinc ille ita contranixus est, ut diceret se nullo modo neglec-
277 turum has occasiones. Fieri posse, ut sibi sint magno commodo. Se sub vesperum
rediturum missurumque ad capitaneum Ast, ut sibi det mutuo equum aut si ab hoc
278 non posset habere, comitis de Waldek equo uteretur. Sicque festinanter excurrit
280 ad aulam. In coena solitarii eramus. Puer Bohemus post horam nonam reversus
est significans Iulium in diversorium Pauli Cygnaei divertisse, quia mavult ibi
281 noctu haerere, quam domi de die discere. Ego in praeceptoris Zdencoslai sponda
decubui.
282 Hoc quoque die Antonius Mizaldus remisit ad me versus de nuptiis Pauli
Christiani scriptos per suum famulum addita hac charta: Remitto ἐπιθαλαμικόν
poema et nuptiales Tui Pauli hymnos suis cupidinibus comitatos, non Cypriis,
inquam, illis et obscoenis, sed vere Paulinis et apostolicis, aut, si mavis, castis et
283 christianis. Hos // dum in manu haberem, ut (te hortante) erratorum poenas 120v
stilo, ungue et calamo luerent, supplices exoraverunt, ut stoicam manum, et
caesim et punctim quemcunque ferire paratam, tantisper continere vellem, dum
284 quid loquerentur et quales essent, patienter intelligerem. Quod ubi factum esset
perinde ac dictum, dispeream, nisi valde paenituerit poenas illis intentasse ac me
usque adeo taetricum ac severum exhibuisse tam belle compositis, inculpate
285 ornatis et ad unguem factis amoribus. Nam miro verborum pondere, incredibili
sententiarum maiestate et perspicua grataque brevitate illos loqui ac incedere
286 plausibiliter deprehendi. Quare illaesos ac integros remitto moneoque et serio
287 dico fieri non posse, ut hymenaeum aliquod Tuo Paulo decantare mihi liceat. Quod

264 *ante* Ille p *del.* qui

288 boni consulas, peto, et ut feliciter valeas opto. Haec Tibi praecipitabat ἐκ τοῦ
παραχρῆμα Mizaldus ubique ex animo Tuus. //
289 XXIIII. Iulius domum reversus est circiter horam 10 atque confestim instituit, 121r
290 ut apponeretur prandium, quod esset famelicus ex hesterna inedia. Dicebatur
enim ex mensa, ad quam per praeceptorem ducissae erat invitatus, insaturatus
omnibus discessisse neque noctu apud Paulum habuisse, quod comederet.
291 A prandio venit ad eum Germanus ille a Lambergk, hortabar itaque Iulium,
292 ut eum a se cito dimitteret linguaeque Gallicae vacaret. Sed vix coeperat Magnan
docere et mihi propter sonitum secundae horae fuit ad lectionem discedendum,
Boutinus adfuit significans se non posse aliam horam nobis tribuere praeter
primam pomeridianam.
293, 294 Hora tertia domum reversus sum. Statim excepit me indignabundus Iulius,
295 quod abirem tum, cum esset abeundum. Nunc aedes pro novo hospitio lustrandas
296 esse, se nullo modo diutius in praesentibus haesurum. Respondi mihi non esse
integrum, ut totos dies tanquam claudus sutor domi delitescam, mihi interdum
297 audiendos esse li//teratos homines. Ad quod ipse: „Wssak wy nemuožte než s 121v
298 wassymi bakalarži." Hinc prodiimus longe ad eas aedes, quas paulo ante inhabi-
tavit comes Italus, quas cum lustraremus, facile ipsemet Iulius animadvertit
299 sibique suisque esse longe incommodissimas. Rogabam eum in reditu, ut esset
300 contentus praesenti hospitio. Fieri non posse, ut conversetur cum spectatis homi-
301 nibus. Apud Parisienses hospitum esse vilem condicionem neque facile acceptari
peregrinos praeterquam ab iis, quos tenuitas fortunae cogit inde quaestum
venari.
302 Tandem ille, cum iam ipsemet despondisset animum in suo proposito, dixit
se hoc facturum in meam gratiam, tamen ea ratione, ut ad sequentem quadra-
303 gesimam hinc Aureliam discedamus, si vel nullae fuerint allatae literae a domino. Re-
spondi: „Nullius commodis minus serviri quam meis per conversationem cum
304 Parisiensibus, dum nullos habeam doctores aut professores. Neque vero me // un- 122r
305 quam eius fuisse animi, ut haeream in hoc hospitio per quadragesimam. Sed et
avide expectare memet et certo sperare literas ab illustri domino, quibus acceptis
306 non difficilem, Dei beneficio, fore consilii rationem." De diligentia in studiis
adhibenda impatientius audivit sibi ipsi animum sumens atque promittens omnia,
quae hactenus essent neglecta, se diligenti studio compensaturum.
307, 308 Ludovicus Cospaeanus venit in nostrum diversorium. Ei tradidi epithalamion
309 domino Iohanni Aurato exhibendum, ut de eo censuram ferat. A prandio emeram
poemata Michaelis Hospitalis et Ioachimi Baillei, emturus adhuc plura poetarum
310 Gallicorum, si potero. Cospaeanus retulerat, quod alias saepius N. Maignan,
Iohanne Aurato non esse alium doctiorem in tota Europa in explicandis et intel-
311, 312 ligendis poetis Graecis. Ronsardum omnia sua accepta ferre Aurato. Reliquos
professores ex aequo omnes, in Graeca lingua si quod est dubium, ad eum con-
fugere. //
313, 314 ⟨25.⟩ Conversio Pauli. Iulius protraxit dormitionem ultra octavam horam. 122v
315 Hinc iussi eum scribere epistulam ad Rudingerum, ut ageret illi gratias pro
316, 317 mutuo. Decima in epistularum expositione perrexi. A prandio Maignan impe-
318 ditus et absens non docuit Gallice. Hora tertia in praesentia Zdencoslai illi dedi
85 testones, id est 20 coronatos, ut iam esset expletum pretium unius quadrantis,
319 nimirum octoginta coronati. Eum quoque rogavi, ut curaret in sua absentia omnia
recte administrari: Matrem tacere de missae coactione; lavari vestes lineas, super

quibus filia herilis et ancilla quasi tragoediam moverunt; pueris alias lodices dari
et alia, quae ille se curaturum promisit.
320, 321 In coena Iulius iterum tumultuari, quod recusarent vestes abluere. Hinc inter
ipsum consessum dicere: Indignum, quod ducissa Guisiaca sequeretur einem
Schreiber, quia Maignan referebat eam fuisse apud procuratorem regium, se hoc
322 vix facturum. Ego eum // super ⟨hoc⟩ redarguere et significare saepe officium tale 123r
323 esse, ut illud sequi debeant etiam illustres. Hinc cum interrogaret, quisnam esset
ille procurator, num nobilis, respondit Maignan fuisse olim pauperem, non
324 nobilibus parentibus. Ego Grispekio saepe exhibitos honores in loco regis, cum
325, 326 esset legatus. Ille negare eum unquam fuisse legatum. Peius dicere de Schreibers,
327, 328 se nunquam secuturum quenquam. Compressi me. Sed a coena, cum soli esse-
mus in mensa, dixi, postquam iterum praebuisset occasionem: „Tu plus odio
329 habebas literatos, quam qui nunquam degustavit literas. Die halb schebler thun
330, 331 im al also." Hoc illum admodum moverat. Denique cum ascenderet, petiit me
332, 333 secum abire. In assessu repetere meum sermonem. Respondi: „Usitate dicitur:
334 Di habschebler, die ärgesten. Tamen ego utor ista libertate aput te officii causa,
335 modestius tecum acturus extra officium." Ille stipulata manu condicere meam
fidelitatem et animi ingenuitatem etiam extra officium, cum prius in mensa dixis-
set: „Ich bin so gutt als ihr."
336, 337 XXVI. Magnan post horam VI discessit, ubi prius ientasset. Illi dixi mandare
suae familiae, ne cuique vinum detur, nisi numerata pecunia. //
338 A Quercu dixit in publica lectione, cum interpretaretur locum Persii 'Quan- 123v
tum senio ferret', veteres lusisse vel ternis cubis, id est tesseris, quarum sunt sex
339 notae. Canem vocari unionem, quod sit animal vorax, rapidum, omnia consumens,
inde Persius: 'damnosa canicula'; aut talis, qui Graecis sunt ἀστράγαλοι, in quibus
340 essent quatuor saltem notae: unio, binarius, quaternarius, senio. Dextrum et
optimum ludum vocari, quando omnes quatuor tali haberent diversum positum
atque hoc esse apud Martialem lib. 14: 'Si steterit nullus vultu tibi talus eodem,
341 / credas quod dederit munera magna tibi'. Denique ipse quadrangulum oblongum
monstravit a se confictum, ubi uno angulo inscribebat: Accipe, pone, relinque,
343, 344 nihil. Semel insanimus omnes. Non Chius, sed Cous iactus. Vide Erasmum in
Adagiis. //
345 A prandio dum interessem lectioni, venerunt visum comitem Rechenberg, 124r
346 Ssinkl, Eil et quidam quartus. Ubi bibebant strenue, sub vesperum recesserunt.
347, 348 XXVII. Vinum hesternum fuit per puerum Kwarkium persolutum. Dormitio-
nem usque ad horam 8 protraxeram propter gravedinem capitis, quam ex he-
sterna bibitione largiore contraxeram.
349, 350 Magna serenitas. Iulius more solito intemperanter petiit sibi mutuo dari octo
351 coronatos, primum de meo, tunc de suo. Sed denegavi, quantum potui, donec
352 tandem illi unum coronatum concederem. Maximopere desidero habere literas
a domino.

332 *ante* repetere p *del.* dicere
*Fol. 124r in marg.:* Hermanus in prandio.

---

338 Pers. 3,48
339 Pers. 3,49
340 Mart. 14,14

353 XXVIII. Circa tempus prandii venit ad Iulium nobilis Lamberger, quare a
354 Iulio meo consensu detentus in prandio. Lectione Gallica finita Iulius petiit dimis-
sionem prodeundi. Ego ivi auditum lectionem Suggerii, sed iamiam instabat hora
tertia. Adolpho feci solutionem pro libellis. //

Diverterat Iulius in diversorium Schinkel atque sub tempus coenae domum 124v
358 reversus est. Venit circa illud tempus in aedes nostras capitaneus Ast, sed fuit a
Iulio dimissus.

29. Mane accurrit ad me Iulius cum magna indignatione conquestus de iniuria,
360 potissimum filiae herilis, de negligenter ablutis vestibus lineis. Ego eum placavi,
361, 362 quantum potui. Interim tamen familiam redargui. Ipse iterum exprobrare, quod
363 meo nomine cogatur haerere in hisce sordibus. Pacisci omnino, ut sub tempus
364, quadragesimae discederemus Aureliam. Iubere diem dicere abitionis. Hinc sibi
366, in aulam proficiscendum sub impendentia liberalia. Vestes comparandas. Ego
368 omnia haec simulanter concedere expectans literas domini. Sub tempus prandii
venit Hans Plaw, quia comes a Waldek aberat in regia aula. Nec secessit, donec
esset nobiscum pransus. //

370 Prandio finito intervenit Hubertus Languetus, cui cum ad focum contubernii 125r
371 comitis esset collocutum, hora secunda discessi ad lectionem. In via habui ob-
vium ministrum factoris, qui nobis pecuniam numeravit, offerentem mihi diu
desideratas literas a comite. Lectione finita domum reversus eas Iulio exhibui.
373 Fuit ille statim attonitus, hinc in magnam indignationem prolapsus accusare suos
parentes, ut quos haberet sibi impedimento, quominus possit pertingere ad opta-
374 tum finem studiorum et prudentiae. Ego eum placare, mitigare et erudire de pa-
rentum voluntate honorifice et oboedienter accipienda.

Ille rogavit me secum prodire, ubi me perpetuo consuluit, quanam ratione possit
adhuc obtinere annuum spatium mansionis. Ego suadere patientiam et dilationem
consilii, dum veniant legati a domino ministri, audiendum, quid sint narraturi,
fieri posse, ut animus domini mutetur, cum in unis ad me literis constet eum //
diverso fuisse animo. 125v

377, 378 Hinc instabat magnopere, ut posset eques in aulam regiam expatiari. Ego hoc
disuadere, ad quod ille commotior ait: „Bin ich doch euch auch nicht mer gehor-
379, 380 sam schuldig." Respondi: „In nomine Domini. Neque ego unquam mihi sumsi
381 personam ab officio alienam. Si quid alienum a tua modestia attentaveris, patiar
382 fieri, consentiam nunquam. Hinc iterum placidus coepit orare et dicere se iturum
383 ad capitaneum Ast, ut ab eo usui accipiat equum. Ego disuadere et monere, ut
domum revertatur atque ita studiis incumbat, ut possit reddere rationem paren-
384 tibus absentiae et impensarum. Cum iam ventum esset in aedes, interrogavit, quas-
385 nam haberem causas, propter quas recusem permittere illam expatiationem. Respon-
386 di: „Mea causa minime hoc fit. Imo ego gestio videre arces et regalia aedificia huius
387 regni, tum etiam sanitatem confirmaret motus. Quicquid horum abstineo, tuo //
388 fit commodo. Habes literas patris, illae certe debebant tibi maiorem diligentiam 126r
389 imponere. Et quod cupis te commendare in aula illustribus personis, illae peius
de te suspicarentur, ut quod negligenter cures officium, ut cum vix ante biduum
illis valedixeris, iam eosdem subsequaris, ac si ad aliquod officium sis obligatus,

*Fol. 124v in marg.:* Wechelio persoluti 100 coronati, quos Rudingerus comiti mutuum dedit. Hans Plaw in prandio.

389 *ante* peius p *del.* plus

390 cum studiorum gratia sis in has regiones magnis impensis ablegatus." Ibi coepit
391 omittere suam petitionem et dicere se mansurum. Sed ut sibi dem tres coronatos,
392 rogabat. Eosdem enim condixerat cuidam chirurgo pro gladio, qui sequenti die
in aedes nostras venerat atque illud mihi retulerat.

393, 394 XXX. Septuagesima. Postquam surrexissem e lecto, ivi in templum, inde
395 reversus sumsi ientaculum in habitatione Iulii. Praeceptorem iubet cum pueris
in templum discedere, mihi interea colloquens de suo negotio, ut possit diutius
foris haerere.

396 Interea advenit capitaneus Ast, monstrum horrendum, // ingens, ut esset in 126v
397 prandio cum comite. Quare Zdencoslaus iussus est aliquid edulii emere ad mensam
399 pro hospitibus. Non longe post subsequitur Paulus cum Monssieur Beaupar. Ubi
400 iam accubitum esset mensae, successit adhuc quartus. Quare subinde plura iussus
401 est Zdencoslaus emere. Prandio finito venit chirurgus cum suo gladio, sed recusa-
402 bam tunc dare pecuniam. Hinc ivimus in hortum Itali in suburbio ad s. Germanum
403 elegantissime sane extructum. Eo nanque solebat divertere rex Henricus saluta-
404 turus suas concubinas. In medio horti est amoenitas consessus extructa cum
inscriptione huius distichi: Nubila, sol, imbres, venti, nix, fulmina, grando / sub
405 lunae tegmen laedere nil poterunt. Relicto horto recta ad mercatorem illum
406 divitem N. Quikl declinavimus, ubi circiter horam obsonavimus. Inde disces-
407 simus. Conscendit Iulius equum et divertit // ad aedes comitis de Waldek, illuc 127r
408, 409 ego cum Zdencoslao sumus subsecuti. Sed aberant. Quare domum reversi sumus,
410 sed aberat adhuc Iulius. Non longe post subsequitur puer Bohemus nuntians
411 Iulium esse apud Rheingravium, eum rediturum domum post coenam. Quare ivi
412 emtum facem. Coena sumta, in qua aderat Mainardus et Brancius, Zdencoslaus
413 iussus est cum puero Bohemo post comitem abire. Nec longe post domum ambo
reversi sunt.

414, 415 ⟨31.⟩ Ultima Ianuarii. Mane protraxeram dormitionem propter excessum,
416, 417 quem pridie hospitum causa feceram. Eramque toto die languidus. Quare ne-
418 glecta coena tempestive me contuli cubitum. Nobili cum hoc die, tum pridie sum
locutus de mei domini voluntate, a qua cum ipse nequaquam esset alienus, statim
hoc ipso die se equitaturum in aulam promisit, ut peteret dimissionem a principe.
419, 420 Videtur adolescens modestus et bonis moribus. Sartor adfuit, cum quo de vestibus
Iulio coemendis collocuti sumus. //

## ⟨VIII.⟩

1 Februarius. 127v

⟨1.⟩ Prorsus trahebam semina pristini morbi, utinam Deus avertat recidivam!
4 Hora X accedebat Iulius ad repetitionem. Hinc multum conquestus de pueris.
In prandio tumultuari, de importunitate conqueri hospitae, sed profecto praeter
6 omnem rationem et causam. A prandio me sevocare et omnia contorquere, ut
aliud hospitium conducatur, putidas dicere rationes, ut quod nauseet hospitam et
7 simul pudeat, si venientes a suo patre in tam foedum angulum ad se veniant. Aufu-
geram ab eo et Zdencoslao significavi me concessurum potius, ut habeat aliud ho-
spitium, quam tot tamque importunos ex eo habeam sermones.

*Fol. 126v in marg.:* 4 ad prandium.
404 *ante* est **p** *del.* esse

8 Cum adesset Boutinus, recusabat legere praetendens se postea ordinem habi-
9 turum suorum studiorum. // Hora secunda venit Paulus Saifridus, quem usque ad 128r
10 horam quartam secum detinuerat. Cum iam esset repetenda syntaxis, multum
contendebat de alio sartore conducendo et necessariis emendis pro caligis et
11 thorace. Hinc crepidas esse emendas praetendit, ad quas coemendas Zdencoslaus
cum eo dimissus est.
12, 13 Apud Wechelium accepi chartam consignatorum librorum. Scripserat autem
pretium admodum magnum et maius, quam esset scribi usitatum.
14 Puer Kwarkius retulit caligas a sartore et scissurae causam iuramento negabat
15 se intelligere. Misimus pro sartore, sed aberat domo, in qua nec tota illa die appa-
16 ruit, credo, quod non sufficiat huiusmodi laboribus. Kwarkius iussus est caligas
ad sartorem reportare, ut solide resarcirentur, alias recusavi me daturum pecu-
niam. //
17 2. Eram in templo divae Virginis, quod rumor esset ibi contionaturum cardi- 128v
18, 19 nalem Lotharingum. Sed vanus erat. Puerum vidi mendicantem, cui morbus Gal-
20 licus virile membrum penitus abedit. Horridum certe spectaculum et dignum, quod
iuventutem deterreat a libidine.
21 Domum reversus incidi in Adolphum, cui collocutus erat Iulius eumque secum
22 in prandio detinuit. Prandio finito statim venit chirurgus cum suo gladio neque
Iulius destitit prius, quam apud me extorqueret duos coronatos pro eo emendo,
cum eius valor vix fuerit quatuor francorum ad summum.
23 Redibam ad templum divae Virginis auditurus cardinalem, sed neque tunc
24 contionatus est. In eo itinere incidi // in Iacobum Welsen, cum quo in atrio pal- 129r
25 latii aliquantisper collocutus eram, hinc eum mecum adduxi in nostras aedes. Sed
iam prius aderat ibi Fredericus apud comitem, cui referebat multa pessima de car-
26 dinale Lotharingo. Iacobum mihi convivam in coena detinui, a qua cum abstineret
Iulius, iussit sibi stinerum in ficus dari et foco assidens nobis collocutus, languo-
27 rem coepit accusare. Coena finita Iacobus in ipsis tenebris domum reversus est.
28 3. Iulius ante et post prandium mihi potissimum de mutando hospitio est collo-
29, 30 cutus. Sartor adfuit et de vestibus comparandis consilium dixit. A prandio hora
31 prima N. Maignan reversus est. Post horam 2 Iulius abiit ad capitaneum Ost,
32 unde ad eum miserat comes a Waldek. Tertia venit uterque sartor, ut // abiremus 129v
emptum necessaria pro caligis, sed quia aberat Iulius, non potuit id iure incom-
modo fieri, quare rogavi utrumque die crastino circiter octavam redire.
33 Ad coenam Iulius domum reversus est atque ibi vix assedit mensae, interrogat:
34 „Quando voles cum Maignan loqui?" Respondi: „Iam quiete coenemus, postea
35 erit de hac re sermo." Ibi ille statim excanduit inter reliqua effutiens: „Es thut doch
36 mit dem schreiber gesindten mich." Ego quoque commotior: „Vivas itaque cum
37 tuis principibus et comitibus!" Se hoc facturum ingeminavit semel atque iterum,
dum me provocaret dicere: „Ich wil (ein Gott wol) sonder euch noch wol brott
38, 39 essen." Respondit ille: „Ich auch on euch" et alia. Coena finita non longe post
40 subduxit se cubitum. In coena adfuit Bransolvus cum sua coniuge et nepte Mar-
garita. //
41 4. Cum sartore Wilhelmo emimus tres alutas pro caligis, duas autem pro manicis 130r
42 comiti Iulio. A prandio Iulio sum locutus et serio eundem hortatus, ut iam iam

*Fol. 128v in marg.:* Adolphus in prandio.
*Fol. 129r in marg.:* Iacobus in coena.

praeberet specimen eius diligentiae, quam vellet adhibere literis, si fuerit illi con-
43 cessum adhuc per annum patria abesse. Morum quantum posset molliret et in me-
44 lius formaret. Eum nusquam facturum rem ista asperitate et inhumanitate neque
vero me porro sufficere tot animi divexationibus, optare, ut alium experiatur, tum
ut ipse confirmet suum iudicium de moribus cuiusque, tum ut videat, qualia mea
45 fuerint in illum officia. Me nanque semper conatum fuisse, ut postpositis privatis
ei potissimum studerem, seposita etiam mea quantumvis humili condicione,
46 potius quam ut ventosis titulis ei imponerem. Linguae Gallicae operam daret, ad
47 eam rem malitne uti N. Maignan an Boutini, interrogabam. Ille recusare utrum-
que. //
48 Dum abessem in lectione, ille iterum discesserat ad capitaneum Ast cum comite 130v
49 a Waldek, qui ante horam secundam venerat in nostras aedes. Inde expatiati
sunt equites nescio quo neque Iulius fuit reversus ante tempus serotinum coenae,
ad quam venerat Ludovicus Cospaeanus referens mihi carmen nuptiale a Iohanne
Aurato, cuius haec erat censura: Graecum carmen esse optime compositum, ita
ut miretur ab homine extero et occupato posse praestari, quem si haberet sibi
50 iunctum per duos menses, facile effecturum, ut plurimis antecelleret. In Latino
desiderare diligentiam, versum admodum probare.
51 Iulius a coena abstinuit praetendens literarum scriptionem ad Paulum Seifridum
52 capitaneum, Cygnaeum. A coena dum consederemus ad focum, rediit locai petens
53 literas. Iulius misit suas, quare ego quoque illico ascendi et scripsi ad Franciscum
Wolfgangum a // Solumfeld in eam sententiam, quod in dies expectemus ministros 131r
54, 55 domini. Me praestiturum eius nomine quodcunque potero fideliter et amice. Atque
sic Cospaeanus et puer uterque fuit dimissus.
56 Pridie legi literas a Iona Mathiasch Antverpia ad Adolphum bibliopolam
scriptas, quarum erat datum 25. Ianuarii anno 1564, atque ipsemet locutus sum
Materno, librario Coloniensi, qui aiebat eum eo ipso discessisse Liram atque
habuisse secum peditem comitem Lipsiam versus, equum habuisse adhuc Wechelii,
57 fuisse hilarem, se existimare, quod bene multa insumpserit in hospitio. Erat mihi
nuntius iste admodum ingratus et difficilis, cum mea, comitis necnon sua ipsius
58 multum intersit tempestive eum redire in patriam. Sed semel malus semper
praesumitur malus.
59 V. Post horam septimam ego et Zdencoslaus ivimus ad N. hospitem salutantes
ipsum domini comitis nomine et sciscitantes, an velit nos hospitio et convictu
60, 61 recipere. Ille continuo se benevolum exhibuit. Monstrata nobis // cubicula, quo- 131v
62, 63 rum tria elegimus. Hinc pacti sumus de pretio. Exegit hospita post longam pac-
tionem tandem sexaginta solidos in singulos dies, cum primum quatuor francos
64 exegisset. Respondi me hoc cum comite deliberaturum, a prandio reversurum, ut
65 inter nos transigatur. Dicta est hora 3; a prandio venimus illuc ego et Zdencos-
laus, sed aberat uterque hospes, quare negotium in septimam diei sequentis dis-
tulimus.
66 Domum reversus languebam admodum, insuper brachium dextrum mihi subdo-
luit, cum esset extendendum, denique suppuratio me cruciavit; usque adeo nulla
67 calamitas sola. In coena me nidor piscium per nauseam attentavit, sitis maxima.

44 mea **p** me
59 ipsum **p** ipse
66 *ante* Domum **p** *del.* Ad

68 N. Maignan mihi collocutus de quadragesima significans fore, ut sit magna
69, 70 animadversio in comesturos carnes aut ova. Difficultatem praetendere. Ego
71 respondi me alio tempore cum eo super hac // re acturum. In coena dixit se 132r
posse habere, sed nihil tunc respondi.
72, 73 VI. Sexagesima. Post horam septimam rediimus ad hospitem in suburbiis
s. Germani ibique convenimus de annuo pretio trecentorum et quinquaginta coro-
74 natorum in quinque personas. Ego et Zdencoslaus cum utroque hospite diem
75 primum condixi ad proximum diem Martis. Cras me partem pecuniae daturum
76 promisi. Exigebat illa in tres menses, sed nihil ad illud respondi, quin et hospes
77 eam istud exigentem redarguit. Ad ientaculum promisit se daturum pintam vini
78, 79 vel albi vel rubri, quod maluerimus. Coena, prandium. Lotionem semper inter
80 quindecim dies, aut ad summum tres hebdomadas. Victum convenientem et
81 sufficientem, etiam de carnibus, qua spe maxime illic immigravimus. Fortunet
hoc Deus!
82 Interim cardinalis cum multis aliis beneficiariis sacerdotibus in comitatu
sexingentorum equitum aut circiter Parisiis discessit in aulam regiam ad arcem
Fontis bellae aquae. //
83, 84 Scripsi literas Andegavum ad Martinum Mertens. Ad comitem a prandio 132v
venit Ssinken et Rehenfeld, cum quibus prodiit in templum divae Virginis lustra-
tum urbem.
85 VII. Statim Iulius mane a lectione sese composuerat ad emigrationem.
86, 87 Ego cum Wechelio egi significans nimis magno mihi ab eo licitari. Offerebam illi
88 pro barone 6 florenos. Ille recusabat, 20 coronatos, quos Ionas debet, efflagitavit
praetendens se nescire satis certi, num sit abiturus Francfortum.
89 A prandio ego et Zdencoslaus cum Nicolao Magnan rationem subduximus
90 expensarum. Interim Iulius cum domino Preitenbach ad capitaneum Ast discessit.
91 Ratione finita domino Maignan significavi nostram abitionem ad diem crastinum,
causam praetendens potissimum quadragesimae difficultatem, quae esset nobis
subeunda propter matrem, quae religionis haberet nimis aestuantem zelum. //
92 Hinc Zdencoslao dedi 20 coronatos novo hospiti numerandos, qui una cum Iulio 133r
93 et Praitenbach in hospitium ivit atque ad coenam uterque est reversus. In coena
94 aderat dominus Branchius cum coniuge et filia. Ego cum Zdencoslao sessionem
in meo dormitorio protraxeram.
95 VIII. Mane feci solutionem Nicolao Maignan pro omnibus eo ordine, quo
habentur annotata in libello rationum, hinc baiulus conductus, qui nostram supel-
96 lectilem transportaret in aedes novi hospitii. Hospita dederat adhuc pro ientaculo
97 tria farcimina et pintam vini. Ientaculo finito Iulius valedixit hospitae, filiae
98 et familiae, circiter tempus prandii ego sum subsecutus. Atque sic bona gratia
(Deo sit laus) illud quartum hospitium reliquimus, in quo saepe parce et tenuiter
99 nimis accipiebamur. Deus nos custodiat et fortunet porro! //
100 8. Coepimus prandere in novo hospitio et dominus Praitenbach nostro consor- 133v
101 tio iungi. In prandio fuit Maternus Cholinus, typographus et civis Coloniensis.
102 A prandio ego et Zdencoslaus reversi sumus in diversorium de ma dame de Vaulx.
103, 104 Ibi iterum valediximus hospitae. Erat etiam puer Kwarkius, qui quasdam reliquias

84 templum p urbem
*Fol. 133v in marg.:* Maternus in prandio. Lacquei in coena.
102 ma p me

105 supellectilis asportavit. Honorarium pretium distribui in famulam claudam et
106 puerum. In filiam herilem nihil, quod saepe durius et lividius nobiscum egerit.
107 In coena tabellio Pauli Seifridi Cygnaei attulit literas Iulio, mihi vero a Fran-
108 cisco Wolff Langkfeld. Hic pernoctavit cum nostratibus pueris. //
109 9. In prandio invitavit me dominus Preitenbach, ut sibi fierem comes itineris, 134r
110 in quod iam consenseram. Quare a mensa tempestive surrexi, ut mihi prospicerem
111 de equo et necessariis. Antevertit me Iulius et omnino petiit se nobis fieri socium.
113 Sic factum, ut ipse quoque domi remanserim. Cum iam discessisset Preitenbach,
collocutus est mihi Iulius de suo instituto et studiis satis prolixe addiditque: „Es
hett mich doch hart sollen vordriessen, wen ir werdt mitgezogen vnd ich het
114 mussen hie bleiben." Hinc quoque multa promittere de sua diligentia et oboedientia,
115 sed, ut solet, ῥαψωδικῶς. Protracta mora est, ut vix tertia fuerim reversus in
urbem.
116 Adolphus deduxit me a Maistre Simon, qui mihi dedit oleum pro inungendo
117 digito, quem pridie graviter admodum laeseram ex collapsu spondae. Fuit enim
mihi ille dies infaustus triplici tormento: Primum enim impegeram caput in postes
ianuae, deinde digitum minimum contrivi spondae ruina, ultimo canis me in genu
dextrum momordit. //
118, 119 10. Coepi praelegere Iulio. Hinc ientaculo sumto ingressus sum urbem emtum 134v
120 holosericum pro caligis Iulii. Sartorem mecum adduxi ad Iulium, qui praenuntiabat
ferias diei sequentis propter festum s. Severini.
121 A prandio ingressus sum urbem propter praelectionem publicam, inde reversus
122 cum Iulio repetii syntaxin. Andreae Wechelio mihi obvio ad collegium Came-
123 racense promisi me facturum solutionem. Ille rogavit hoc fieri simulque signi-
124 ficavit, quod non sit profecturus Francofortum. Maignan cum tribus aliis fuit in
nostris aedibus, sed me absente.
125 XI. Iulius protrahebat dormitionem praetendens diem festum s. Severini,
126 quare cum pueris repetebam. A prandio interfui lectioni Graecae, inde reversus
ad repetitionem, Iulius magno conatu suadere emtionem mercatus, ut // vocant, 135r
127 pro hospita, ut quod ab ea iam aliquoties fuerit de eo admonitus. Nec desinere
128 prius, quam me domo exciret una secum. Ubi ad forum perventum est, mihi atque
129 Zdencoslao commisit. Emimus itaque pro hospita par chirotecarum, duo paria
130 cultrorum pro puellis famulabus. Τὴν αὐτὴν ἡμέραν ἤχομεν σαρκοφαγήν.
131 Althea inunxi brachium sinistrum, quod non licuit recta extendere propter
132 nervorum, ut opinor, corrugationem. Iulius hoc die induit novum thoracem
album.
133 XII. Literae sunt allatae a domina, Thadaeo et Collino et patre Quarkii, quae
134 erant scriptae sub Octobrem et Novembrem prioris anni. Alterae pollicebantur
135 Iulio adhuc annuam mansionem, alterae denegabant. Domina graviter iniungit,
ne Iulius relinqueretur solus cubare.
136, 137 Famulus factoris aiebat iam domini ministros esse in itinere. Quaerebat etiam,
an velimus habere aliquam pecuniam ulterius. //
138 In urbem ingressus Wechelio solvi viginti coronatos pro equo, quem Ionas 135v
accepit et apocham Ionae, quae est cum subscriptione mei nominis fideiussoria,
139 recepi. Hinc numeravi eidem Andreae Wechelio viginti quatuor francos pro libris

121 *ante* cum p *del.* repetii cum volui
*Fol. 135v in marg.:* Solutum pro Iona Mathiasch. 3 ungarici Kwarkii.

140 Iulii et meis. Wechelium rogavi, ut nobis designaret quempiam alium, cui possem
literas tradere ad mercatum Francofordensem, quod se facturum promisit.
141 Sartor permissus est in tibialia accipere pelles aluteas apud Aegidium sartorem,
142 quae prius erant destinatae thoraci. Recepi ad me Kwarkii tres ungaricos a matre
missos. //
143, 144, 145 XIII. Quinquagesima. Iulius induit novas caligas. Aegidius sartor attulit 136r
etiam pallium puero Kwarkio.
146 Vidimus ex duobus patibulis pendentes octo nobiles Galliae in foro s. Michaelis,
ubi in profesto Nativitatis Christi le cappitein Chartien fuit ab eis interfectus.
147 Sunt autem nomina eorum, qui ex primo patibulo pendent: Honnorat Prevost
148, 149 Seigneur de Chastellier. Hic dicitur potissimum illi vim attulisse. Quare ei manus
150 dextra fuit amputata et patibulo affixa. Et hic scripserat literas ad reginam mat-
151 rem, quibus est fassus se esse homicidam. Le Seigneur de Boisnere, amputata
152, 153 manu. Le cappitain Large amputata manu. Farcy, vallet de chambre dudit
154, 155 Seigneur de Chastellier. Ex secundo: Le seigneur de Laudonnyer le Jeune. Le
156, 157 Seigneur de Mouuant. Le Seigneur de Rochendre. Le Seigneur de la Lone. //
158 Horum omnium erant effigiatae imagines et inscriptiones praecedentes partim 136v
159 ex dorso, partim ex pectore assutae pendentium ex patibulo. Horrendum me
hercule spectaculum dignumque, quod moveat animos adolescentiae et fervido-
160 rum hominum. De hoc cum colloqueremur in mensa, respondit hospes Italos
hunc morem potissimum in hoc regnum intulisse, antea Gallis incognitum.
161 Quam metuo, ne varietas gentium Hispanorum, Italorum, Gallorum et Ger-
manorum in nostram Bohemiam quoque morum perniciem importent.
162 Pridie venit ad tempus prandii, quia illud iusto longius propter absentiam
hospitae differebatur, comes de Waldek, Franciscus Wolff de Schenfeld, Iohannes
163, 164, 165 Plan. Sed erant iam prius pransi. // Hinc deducti in habitationem Iulii. Comes 137r
166 Iulium admodum invitabat ad societatem itineris Fontenaibliensis. Sed ipse
167 Iulius recusavit strenue. Ab hospite sumta vini pinta in vitro, prius duae pintae
in praesentia Nicolai Maignan cum suis.
168 Comes a Waldek invitaverat Iulium, Zdencoslaum et me ad prandium diei
169 sequentis. At cum ego et Zdencoslaus iremus in urbem, remiserat puerum equitem
significatum nobis, quod die crastino summo mane sibi sit redeundum in aulam.
170, 171 Maternus se intra biduum discessurum significavit. Verum priusquam dis-
cederet, salutatum comitem promisit.
172, 173 Iulius a coena abstinuit neque chirotecas emptas hospitae voluit offerri. Fuit
finis mercatus in suburbio nostro, cuius coepit initium die Saturni post Purifi-
cationem Mariae. //
174 Post finitam coenam, quam in superiori contignatione sumseramus, uterque 137v
hospes invitavit Iulium ad lusum chartarum, sed ipse constanter recusavit et cum
nos luderemus, secessit in suam habitationem.
175, 176 XIIII. Emta sunt ligna. Iulius serio coepit navare operam literis et promittere
177 continuam assiduitatem, quod utinam fiat. In prandio hospes retulit de rege
Francisco, quam ille fuerit morbo Gallico corruptus et inde foedus.

142 *ante* a p *del.* sibi
*Fol. 136v in marg.:* In prandio non et ita.
*Fol. 137r in marg.* Vinum.

178, 179 A prandio. Ingressus urbem comperi Maternum, Coloniensem typographum,
180, 181 nobis insalutatis discessisse. Puero Kwarkio emi indusium et caligas. Erat auctio
182 publica librorum cuiusdam doctoris medici. // Mane sunt allatae literae Duacol. 138r
183, 184 Doctor Ramus scripsit ad Iulium erudite et prudenter. Pri*die* huius diei Guile-
185 mus Morelius, typographus Parisiensis, mortuus est. Post finitam coenam
charta lusimus ego et Zdencoslaus cum hospitibus.
186 XV. Mane continuavimus nostra exercitia atque Iulius bene adfuit suo of-
187, 188 ficio. A prandio. Veni in urbem, ubi alii feriati sunt, alii vero operas exercue-
189, 190 runt. Cum essem domum reversus, Iulius petiit dimissionem in urbem. Quam
cum impetrasset, iunctis sibi Zdencoslao cum duobus pueris illuc abiit.
191 Retulit Iulius hoc primum die comitem a Waldek ingredi iter in arcem Fontis
bellae aquae, sed finxisse eum abitionem inductione capitanei Ast. //
192, 193 Fuit hic dies satis tranquillus apud Parisienses. Currebant hinc inde per pla- 138v
194 teas pueri et infantes larvati. In suburbiis quatuor denudato brachio dextro
discurrebant neque aliud designarunt praeterquam quod alter alterum in lu-
tum, tunc bene congelatum, detruserit.
196, 197 In coena soli eramus. Ea finita charta lusimus cum hospitibus. Hinc cum
198 familia choreas duximus. Deduxeram omnes in meam habitationem, sed quia
non erat commoda pro consessu, in coenaculum hospitis reversi sumus ego et
Zdencoslaus, puer Kwarkius nos erat subsequutus, atque ibi sessionem protraximus
ultra secundam horam.
199, 200 ⟨16.⟩ Les Cendres. Fuit mihi bene diu protracta dormitio, hinc urbem ingressus
201 diverti ad Iacobum, ubi etiam aderat Fredericus Resner. Illis itaque assumtis
in hospitium Argentei leonis ingressi // sumus, ubi colloquendo et bibendo ses- 139r
202 sionem protraximus usque ad crepusculum. Aderat etiam aliquamdiu Adolphus.
203 Cum domum redirem, dominus Preytenbach astabat cum Iulio ad focum
204 reversus ex arce Fontis aquae bellae. In coena referebat spectacula et hastiludia
sibi conspecta, in quibus apparatum laudabat, comoediis vero palmam tribuebat.
205, 206 Hinc coepit sermo de ieiunio. Ego cum dicerem: „Mirabilis est definitio:
207 Ieiunare est a carnibus abstinere," Preytenbach dixit eam esse ecclesiae. Ad quae
ego: „At unde habet illa potestatem huiusmodi constitutionis, et non tam con-
stitutionis quam obligationis, quam aequet praecipuis articulis fidei de iusti-
208 ficatione?" Respondit ille: „A Spiritu sancto, iuxta dictum: Non potestis portare
209 nunc, sed cum venerit ille." Ad quae ego pleraque respondi indignabundus et
210 impotens. Verum ille subticuit mihi concitato, qua re etiam apud me laudem
meritus est. //
211 Significavit Zdencoslaus hospitam ad se et Iulium retulisse, quod nequaquam 139v
possit nos alere pacto pretio propter nimiam rerum et obsoniorum caritatem.
212 Dixi ego esse dissimulandum, dum mihi fuerint super ea re locuti.
213 XVII. Quiete viximus toto hoc die neque me hospitum quisquam compel-
214 lavit. Ego non tam male habere, quam indigne, quod mihi usura praecedentis
bidui sine fructu fuerit elapsa.
215 XVIII. Hospes mane, ubi surrexisset de lecto, habuit me ad se vocatum per
216 suum puerum. Quare mihi in horto deambulando significavit se esse ea de nobis
spe et expectatione, quod non simus admissuri, ut ex nobis aliquid percipiat,
sed hoc pretio fieri non posse, quin magnum // incurrat detrimentum suarum 140r

*Fol. 138v in marg.:* Numeravi 19 solidos.

217, 218 impensarum. Obsonia praeter fidem esse cara. Se itaque rogare, ut habeamus
219 eius rei rationem, pretium augeamus. Se dare fidem, quod ubi primum mercatus
obsoniorum fuerit tolerabilior, sit staturus priori pacto. Respondi inusitatum
221 esse, ut pacta tam cito immutentur. Nihilominus me acturum cum comite et
praeceptore atque quidnam fieri possit, me daturum responsum.

In prandio aberat hospes. Hinc consulebam ipsum etiam Preytenbach, qui
liquido asserebat fieri non posse, ut hanc tractationem continuet pro pacto
224 pretio, se hoc ab initio statim existimasse. Ego urgere pactum et firmiter statuere
non excessurum pretium unius coronati in singulos dies. Dilata est responsio eo die.

Iulius stipulata manu promittere et sancte iurare se a proximo die Lunae nava-
turum diligentissimam operam studiis et inceptiones grammaticas memoriae
mandaturum. //

227 XIX. Hospita allocuta Iulium significavit se petere responsum simulque indixit 140v
pretium quadringentorum coronatorum addens, quod minoris nos alere nequeat.
228, 229 Accurrit itaque comes instigans, ut responderem. Commovebar admodum magni-
tudine pretii propter praeiudicium pacti et summam magnitudinem. Instabat
231 nihilominus Iulius. Tandem assumto Zdencoslao hospiti in horto eram locutus,
fere in hunc modum: „Domine hospes, advocatus es, iustitiae et iuris praeses,
sed quo modo illa velint servari pacta, intelligis. Equidem quod ad me attinet, eo
233 sum animo, ut semel pacta etiam cum detrimento vellem observare. Praeterea
234 inusitatum est et inhumanum tam cito attentare pacta. Credebam te vel ad mensem
dilaturum, ut utrobique mores melius cognoscerentur. Domino comiti non solum
in victum est ex//pendundum, sed aequant extraordinaria fere impensas in 141r
236 victum." Quare me non facile posse consentire in auctionem, cum ab illustri
domino accipiam deputatum in singulos annos et metuam, ne illi fiat vel mea fides
vel diligentia suspecta propter tam insolentem auctionem. Rogare itaque me,
ut adhuc alterationem differat ad finem mensis. Quod si tunc viderit nostrum
convictum sibi accidere intolerabilem pacto pretio, dominum comitem una nobis-
239 cum non admissurum, ut ex nobis damnum sentiant. Nos esse eo animo, ut veli-
240 mus omni, quantum in nobis est, esse commodo, incommodo nulli. Significavi
241 etiam nobis satis arridere eius mores et victum. Vicissim, si quid habeat, quod
242 eum ex nobis offendat, mihi vel praeceptori significet. Daturos nos operam, ut
243 ea corrigantur. Nos moneri honestate, ne toties commutemus hospitia, alias nos
244 facile liberaturos eum praesenti, quod dicit, gravamine. // Hospes ad haec: Se 141v
245 nihil habere, quod in nostris moribus desideret. Se tam non hoc velle, ut sit inter
nos separatio, ut sit promtus plus nostro nomine gratis facere quam aliis pro
246 pecunia. Sed significare se, quod nullo modo possit nos hoc pretio alere honeste,
quare petere auctionem ea condicione, ut redeatur ad pristinum pactum post
mercatum mitiorem.

247 Habitis utrinque sermonibus condiximus illi singulos coronatos in quoslibet
dies et significavimus nos non posse ulterius nosmet nostramque fidem illustri
248, 249 domino aggravare. Itum est ad prandium. Eo finito ego et Zdencoslaus digressi
sumus in hortum, quo nos uterque hospes erat subsecutus. Hospita, ut est eius
251 natura acerbior, impensius egit suas partes. Sed non passus sum fieri, ut plura

238 viderit **p** videris
*Fol. 141v in marg.:* Singuli coronati.
245 *ante* nomine **p** *del.* quod

252 condiceremus. Verum hanc condicionem proposui // hospiti, ut esset contentus 142r
253 hoc pretio unius coronati in singulos dies, dum fieret finis unius mensis. Tunc
254 enim rem posse de novo revocari ad calculum. Quod si constanter repererit
nostrum convictum sibi esse damno, significaturos nos, quid facere velimus aut
possimus. Quod autem obiecerit de domino Preytenbach, dixi neque illum nobis
neque nos illi quidquam praeiudicaturos.

Tandem hospes hanc condicionem recepit, sed cum interrogaret, an huius pretii
simus pacturi initium a primo ingressu, respondi: „Minime, sed ab hoc ipso
257 die, quo noviter pacti sumus." Est revera haec magna summa, cui vix respondet
profectus Iulii, sed alea fortunae non potuit poni melior, dum esset tempus quadragesimae et quasi in singula momenta expectaremus tabellarios illustris domini
258 comitis, patris Iulii. Equidem ex animo precor et opto fieri finem impedimentorum,
quae nunc in studiis suffero. //

259 Pridie huius diei capitaneus Ast accurrit ad prandium, cum iam comes cum 142v
domino Preytenbach accubuisset ad mensam. Paulo ante coenam cursor capitanei
Pauli Seifridi attulit literas scriptas a domino comite a Waldek et ipso Paulo in
hanc fere sententiam: Dominam Margaretham dedisse praeceptori suo in mandatis,
ut signaret Iulio isthuc venire visum, quam dextre ipsa suam personam repraesentet.
261 Praeterea parari hastiludia et alia spectacula dignissima visu.

262 Quare Iulius habuit me ad se accersitum in hortum, iussit me legere literas.
263, 264 Et iamiam incaluerat amore viae. At quia iam erat tempus coenae, inter coenandum subinde rogavit ex domino Preytenbach, quale debeat dare responsum.
265 Cum autem animadvertisset longius abesse a consilio domini Preytenbach, ut
illuc abiret ad hominis nec magni nec prudentis Pauli evocationem, coepit ipsemet
commentari causas, propter quas no//lit illuc suscipere iter. 143r

267 XX. Invocavit. Mane rediit cursor ad Iulium, cui Iulius significavit se non
posse habere equos, quibus commode ad illud iter uti possit.

268, 269 Exibam ad templa vicina. Habui obvios comites a Rogendorff et Griere equitantes auditum missam in sacello nobis vicino. Cum essem domum reversus, petiit
Iulius sibi veniam dari, ut in equo domini Preytenbach possit expatiari per urbem
271 conciliandi appetitus gratia. Dimissus ad prandium rediit et de patibulis signi-
272 ficavit. Peracto prandio audivi contionem apud Carmelitas, hinc in ponte
s. Michaelis vidi tabulas duas, ex duobus patibulis suspensas, quarum quaelibet
quatuor continebat eorundem homicidarum, quorum nomina superius sunt
273 annotata. ὑπογραφή erat prolixa, in qua significabatur eos illo loco suspensos, quod
iniuste ibidem letales manus attulerint domino Laurentio Chary capitaneo, una
274 cum duobus suis comitibus. Infames eos pronuntiari ad omnem posteritatem.
275 Bona eorum abalienari. //

Domum reversus, quia premebar vehementi siti, iussi mihi dari un czapin de 143v
vin et unum panem similaceum. Coena finita haesimus longiunscule cum hospite
278 referente quaedam de dissidiis et turbis Gallicis. Hinc quisque ad sua reversus
279 est. Zdencoslaus iussit a coena exhiberi pro se un czapin du vin.

280 Franciscus I. cum duceret bellum contra Carolum V., principem Pedomontanum et regem Angliae, scripsit summus capitaneus ex Piemonte, ut mitterentur

*Fol. 142v in marg.:* Capitaneus Ast in prandio.
273 *ante* ὑπογραφή **p** *del.* ἐπι / attulerint **p** attulerit
*Fol. 143v in marg.:* Un czapin du vin, un pain. Czapin du vin. Caroli V[1]

cito pecuniae ad solvenda stipendia militibus, alias extrema esse metuenda.
281 Interim gemmarius quidam adferebat gemmam, diamantem vocant, pretio 70 000.
282 Disuadebant consiliarii, ne emeret, quod nunc sit magnus usus pecuniae in milites
283 alendos, tres esse hostes potentes. Respondit rex: „Ne sint mihi hostes ita potentes,
284 ut infringant animi mei desiderium!" Quare illico misit Parisios, ut accepta
285 pe//cunia a numulariis solveretur summa 70 000 gemmario. Accepta gemma 144r
eam dono dedit pellici, a ma dame du Templ.
286 Tempore eorundem bellorum aedificavit tres regias arces, a Louuer, a S. Ger-
287 main et L. Prodigus erat admodum. Cum successisset rex Henricus, petiit a ma
dame du Templ eam gemmam, quam cum impetrasset, dedit eam suae pellici, a
288 ma dame de Valoisine, quae eam denique reginae dono dedit. Dixit hic rex Henri-
cus se multos evehere et ditare in suo regno, verum tres esse, quibus nequeat esse
satis largus: comitem a Rogendorff, a Griere et N.N.
289 XXI. Ferebatur rumor de mortuo connestabili, timendum, ne eius obitus sit
290 κακόφορος, sunt enim res Galliae in statu admodum turbulento et infelici. Item
cardinalem Lotharingicum habuisse heri contionem in arce Fontenbleau, cui
interfuerit rex, regina et praecipui quiquam aulici. //
291, 292 Post coenam finitam hospita admodum familiariter colluserat Iulio. Hinc ubi 144v
Iulius in suum conclave esset digressus, illuc eum erat secuta, eam vero canis.
293 Exorta contentione inter canes, illa exclamabat metuens suo cani, iussus est ac-
294 currere Zdencoslaus. Excrevit bilis canum ad summam contentionem, ut nullo
modo potuerint divelli et iam domesticus canis moribundo similis obticuerat.
295 Ibi hospita magno eiulatu exclamavit: „O mon chien, mon chien, il est mort!"
296 Obstupuimus nos reliqui ad istas vociferationes et statim accurrimus hospes,
Preytenbach et ego, donec ex ipsa hospita vociferante disceremus, quidnam esset rei.
297, 298 Ego cum Zdencoslao bibimus czapinam vini. Hodie non longe post prandium
venerant ad Iulium duo Itali atque haeserunt cum eodem usque ad ipsum tempus //
coenae, ad quam non erant retinendi. 145r
299, 300 XXII. Flavit impetuosus ventus. Pro compactione librorum, Molineum in
consuetudines Parisienses, Chassmien et Minsingerum, consuetudines Bituri-
301 censes et dictionarium Gallicum dedi tria testilia. Hunc diem (Dei beneficio)
placide et in officio traduximus.
302 Hospita retulit lanionibus Parisiensibus nomine regio mandatum, ne cuipiam
303 venderent carnes sub poena suspendii. Coepi Institutionum examen instituere.
304, 305 XXIIII. Bissextilis. Accurrit statim mane Iulius rogans, ut sibi liceat a capitaneo
306 Ast equum impetrare, quo ad sanctum Dionysium expatietur. Celebrari ibi non-
307 dinas atque hospitem illic una cum Breytenbach et reliquis adfuturum. Ego
308 disuadere leniter, sed frustra. Cum iam equus esset adductus, omnibus modis
309 institit, ut secum expatiarer. Quare sumto prius prandio equitavimus in Mon-
310 tem // martyrum, unde lustravimus urbem Parisiensem. Hinc ad s. Dionysium 145v
311 perreximus atque statim templum ingressi sumus. Vidimus ibi crucefixum su-
312 spensum aureum, sed qui longe abest a fide publici rumoris. Nanque ipsi monachi
313 dicebant auri non esse maius pretium quam duorum milium coronatorum. Sed
a tergo sunt trium ordinum gemmae, quod existimo esse potioris thesauri loco.

283 hostes p *corr. ex* hospites
*Fol. 144v in marg.:* Czapina vini.

314 In ara erat exposita alia crux inaurata, cui erant multi ordines gemmarum inserti,
credibile est, eam esse maioris pretii quam est suspensus crucefixus.
315 In medio dependet arca argentea inaurata atque item pretiosis gemmis ornata,
316 in qua Ludovici Primi reliquiae asservantur. Post summum altare caput s. Dio-
317 nysii a duobus angelis ex argento caelatis gestatur. Ad illud exosculandum ac-
318 currunt homines, moniales circum eleemosynas excipiunt. // Sunt in eo collegio 146r
circiter sexaginta monachi, unus est doctor theologiae, qui filio naturali regis Na-
varrae offerebat duas lagenas vini rubri optimi.
319 In medio templi est unicornu colore caeruleo et albo depictum, quod aestimari
320 sexaginta milibus coronatis referebant religiosi. His conspectis sub vesperum
in urbem reversi sumus ad nostrum contubernium.
321, 322 ⟨25.⟩ S. Mathiae. Balduinus reversus est Parisios atque hoc toto die domi
323 nostrae nosmet continuimus. Hospita referebat de virgine Parisiensi, quae cum
deperiret adolescentem nobilem atque illum sentiret aliis quoque concumbere,
passa est mendicum ulcerosum, a quo infecta adolescentem ipsum inter coeun-
dum corrupit, ipsa vero sumtis medicaminibus se a veneno et sanie liberavit.
324, 325 Horrendum puellae facinus! Adolescens abiectissimi mendici similis in xenodochio
finivit vitam. //
326 A prandio venit ad me Adolphus cum duobus adhuc aliis bibliopolis, qui parant 146v
327, 328 iter Francfortum. Expositae sunt quatuor pintae vini et unus panis. Erat unus
329 Coloniensis. De vitio exemplaris in vocabulo 'columen' monuerat me Adolphus.
330, 331 XXVI. Hora sexta discessit Melchior Preytenbach. Hinc iussus sum adire
episcopum Parisiensem de impetranda indulgentia super esu carnium.
332 Defleximus ego et hospes in templum s. Andreae, ubi contionatus est dominus
333 senischalcus. Inde mihi elapsus est hospes, quem cum sequerer in templum divae
Virginis, non potui reperire, quare re infecta domum reversus sum.
334 In prandio adfuit conviva dominus Fredericus Schwarcz, qui exhibuit nobis
quasdam literas super negotio Wilhelmi de Grumpach, admodum acerbe scriptas.
335 Hinc sermo habitus potissimum de Lazaro Schwendi. //
336 Post horam quintam interfectus est adolescens non procul a nostris aedibus 147r
337 ad hortum, quem vocant hortum Baptistae Itali. Relinquebatur ibi cadaver con-
338 spiciendum omnibus. Qui alter quidam ab eo in urbe sautiatus eo usque secutus est
339 eum atque ictu gladii traiecit eum, Italus, opinor, Italum. Hoc toto die Iulius
nihil quidquam repetiit.
340, 341 ⟨27.⟩ Reminiscere. Turba et ventosa eaque subfrigida erat aura, sicut aliquot
342, 343 praecedentium dierum. Mane adtulit typographus ultimam probam. Domi
344 nos continuimus atque euangelium de muliere Cananaea legimus. Literas
scripsi.
345 28. Continuavi literarum scriptionem et illustri ac generosae dominae scripsi
in hanc fere sententiam: Me non parum mirari, quod ministri tabelliones tardius
346 veniant. Subinde crescere familiaritatem Iulio cum peregrinis, praecipue vero
Germanis, // unde nec linguam discere neque studiis commode vacare possit. 147v

325 mendici **p** mendicis
*Fol. 146v in marg.:* 4 pinte vini, unus panis. Literas mihi ad suam matrem per nostrates transmittendas reliquit *(scil. Preytenbach)*. In prandio Fridericus Schw.
*Fol. 147v in marg.:* 2 pintae vini.

---

343 Vulg. Matth. 15,22

347, 348 Praeterea incredibilem hoc tempore omnium rerum illapsam caritatem. Me itaque
rogare, ut iam sit procrastinationis tempus et filio de meliori loco et occasionibus
prospiciatur.
349 A coena ego et Zdencoslaus bibimus duas pintas vini et quia mihi innotuerat
indusium unum ex novis comitis Iulii esse amissum illeque excusationem sua-
pte sponte texeret, respondi nunc non esse eius rei locum, sed eum non esse extra
excusationem et culpam, ut qui cum praeterea parum aut nihil agat, ne hoc quidem
curare possit.
351, ⟨29.⟩ Ultima Februarii. Iulius protraxit iusto longius dormitionem. Hinc
ubi vix lecto surrexisset, ad nostras aedes appulit comes de Rokendorff et statim
hospitae significavit se velle ientare in suis aedibus. Descendit ad eum Iulius, cui //
354 ipse Rokendorff se nescivisse hanc domum esse nostrum hospitium. Quare 148r
355 sumta pecunia iussit famulum mercatum abire. Hospita mihi dicere eum velle
356, 357 hic ientare. Cui ego: „Ientatus venit". Illa contra: „Minime, quia dixit mihi
358, 359 se hic velle ientare." Iulius hospitam iussit unum caponem assare. Zdencoslao
data pecunia, ut abiret emtum, si quae possent haberi delicatiora de piscibus.
360, 361 Emerat itaque, ut in regesto habetur annotatum. Focus in habitatione Iulii
362 accensus. Iussus est Zdencoslaus abire accersitum doctorem Balduinum, cui
363 in horto Rokendorfius erat collocutus, dum esset tempus prandii. Puer iussus
364 accersere comitem a Waldek. In prandio consedimus comes a Rokendorff, domi-
365 nus Balduinus, Iulius, uterque hospes et ego. Post finitum prandium advene-
runt comes a Waldek cum suo praeceptore, capitaneus Ast et duo alii nobiles,
366 der von Palam vnd Kessl. Hi cum colloquerentur Germanice, Balduinus dis//ces- 148v
367, 368 sit. Reliqui ubi a consessu surrexissent, balista se oblectarunt. Hinc post horam
369 tertiam Rokendorffius cum suis discessit. Iulius comitem a Waldek deduxit
atque inde sub vesperum ad coenam est reversus relicto sibi equo pro die crastino.
370, 371 Haec fuit nobis alea huius mensis. Deus fortunet nos in posterum atque me
praesentibus curis quam citissime et clementer liberet! //

## ⟨IX.⟩

1, 2 Martius. ⟨1.⟩ Literas ad dominam scriptas necnon ad reliquos, nimirum Magi- 149r
strum Mitem, doctorem Georgium a Sudetis et Magistrum Iacobum ac Magistrum
Paulum Adolpho dedi, denique ad Ionam, ut Francfortum transferrentur atque
inde in patriam ablegarentur. Typographo pro editione exemplaris epithalamici
solvi duos taleros.
4 Domum reversus illico Iulius petiit me esse in procinctu ad prodeambulandum
cum comite a Waldek, ut qui esset sequenti die Parisiis discessurus. Quare sumto
6 prandio conscendimus equos atque in aedes comitis a Waldek venimus. Ibi cum
haesitum fuisset ultra horam in praesentia Friderici Schwarcz, tandem iunctim ad
Flandros, qui Bruxellis bonis cesserant, pervenimus, inde in hospitium comitis a
Waldek reversi sumus atque eo maiorem in modum deprecante ibi pernoctavi-
7 mus. Inebriabatur autem comes a Waldek ad magnam et ineptam deformita-

*Fol. 148r in marg.:* Epithalamion Magistri Iacobi de nuptiis domini Marschalii nobis fuit Antverpia allatum.
6 *ante* bonis **p** *del.* fecerunt

8 tem. // Hac nocte mortuus est coquus comitis a Waldek, qui praecipue mortem 149v
9 contraxerat a nimia bibitione. Sequenti die sectus erat a medicis.
11 II. Admodum dolebam ex capite. Quare priusquam surgerem de lecto, Iulius
accurrit significans comitem petere, ut expatiaremur ad comitem de Rokendorff,
12 qui iam parat abitionem. Quare ubi surrexi, sumto ientaculo expatiati sumus
13 in Auen, ubi elegans est domus praesidentis parlamenti Parisiensis. Ibi erat
15 comes a Rokendorff. Lustravimus hortos. Vidi ibi ascriptum nomen Petri Lotichii
16 anno 1551. In reditu deflexímus ad hospitium capitanei Ast, ubi cum Iulius
haesisset iam ad vesperam neque me saepius hortante domum rediret, domum
17 me contuli atque Zdencoslaum illuc abire iussi. Interea Iulius gradario equo
subsequitur mihi per totam viam multa mala imprecatus; domum reversus
illico // se cubitum contulit. 150r
18 Mihi in coena hospita narrabat pretium unius vituli non admodum magni
esse octo francorum, caponis cum exiguo pullo viginti solidorum, lucii exigui 19
solidorum et multa his portentis similia.
20 3. Iulius protraxit dormitionem usque ad octavam horam. Hinc mihi expro-
21 brare hesternam abitionem. Sibi a patre addi, qui sui curam gerant, ab iisdem
22 se coram aliis deseri. Ad quae ego: „Satis scio, quae sit mea functio, si quid
habes, de quo me apud dominum patrem accuses, respondebo tibi, ut par erat.
23 Non est mei muneris, ut ego saepius pernoctem foris, vellem me nunquam per-
24 noctasse foris, veluti bis accidit. Quare domum properans misi illuc praeceptorem,
qui detentus ibi in coena apud capitaneum Ast pernoctavit.
Literas Andreae Wechelo tradidi, quarum alterae erant scriptae ad Ernestum
de Zhan, patrem pueri Kwarkii, nimirum quod // filio hactenus non defuerit 150v
iusta institutio, sed ad meliorem profectum partim eius negligentiam, partim
26 servitii officia illi fuisse impedimento. Mihi itaque videri, ut ubi domum fuerit
reversus, per annum unum et alterum adhuc adhibeatur studiis, hanc moram nihil
27 allaturam incommodi ad vitam aulicam in posterum. Hinc ut meas operas habeat
28 commendatas illisque pro arbitrio, ubi vellet, utatur. Alterae ad illustrem et
generosum comitem, patrem Iulii, in eandem fere sententiam, qua priores domi-
nae, nimirum non fieri sine incommodo et magnis impensis, quod Iulius hic
29 Parisiis haereat. Literas quoque apertas ad Ionam Mathiasch, in quibus consilio
Wechelii iussi omnem pecuniam tradi Iacobo de Puis, quod si ipse non posset
redire, der lose untreue pub.
30 Sub vesperum abstinui a coena, quod // sentirem recurrere nimios accensi 151r
31 sanguinis ardores et corporis fervorem. Post horam octavam contuli me cubitum.
IIII. Iterum admodum lugebam detrimentum temporis, praecique in his locis,
in quibus recta et sine inpedimento pergere queam Biturigas, nisi essem iam alterum
33 mensem ultra legitimum tempus servitute permolesta impeditus. Disce meo
exemplo praeduro posse carere/servitio, quisquis deditus es studiis.
34 Iulius a prandio constanter admodum, imo et importune petiit, ut Zdencoslaus
concessa venia mitteretur in Bohemiam, Kwarkius traderetur in aliquod colle-
gium, nos vero accersito Gallo Francisco Wolfgango Schönfeld Aureliam disce-
36 deremus. Sibi iam hic displicere quotidianae societatis occasiones. Sed mihi hoc
facere non esse integrum significavi, quod binis literis mihi illustris dominus
37 stationem Parisiensem demandaverit. Ille omnia in se recepturum promisit. //
38 Sub vesperum, cum prodeambularem cum Zdencoslao in horto, statim ille 151v
39 accurrit iubens Zdencoslaum abire allatum clavem pro maiori horto. Ego dicere

40 satis esse capacem hunc interiorem, ille nihilominus urgere maiorem. Illuc cum
41 ventum esset, statim coepit profectionem hortari et monere. Ego me mirari dice-
bam, quod eadem toties urgeat, quae fieri aut abs me admitti nullo modo possent.
42, 43 Ille statim ad haec magis insultare. Unde ego: „Miror, quod velis studiorum
nomine diutius abesse, cum studia tibi videantur non esse cordi, quod ad mores
44 attinet, certe eos non habes, quos convenit habere discipulum." Ille insaniens
ad haec: „Ich las mir warlich nich mehr vber's maul gehen, ich bin nun gros," et
45 multa praeterea addidit seque meque indigna. Ad quae ego: „Quid igitur opus
46 colloquio aut persuasionibus, ubi animus oboediendi abest?" Atque ab eo recessi.
47, 48 Ille me subsecutus // hortabatur, ut sibi colloquerer. Ubi restiti, eadem signi- 152r
ficavi: „Tibi deest animus oboediendi, mihi vero serviendi, quid igitur opus multis?
49 Scis enim, quo animo et quibus mandatis a tuis parentibus tibi sim praepositus.
50 Nihil mihi propria autoritate vendicavi, sed ad multas et prolixas tui parentis
51 preces hanc provinciam subii." Ille se tum non ita fuisse malignum, ut nonnulli
alii, qui conseruerunt manus cum suis praeceptoribus aut meretrices sunt sectati.
52 Ad quae ego: „Sciebant haud dubie tui parentes, qualis esses et quid esses pollicitus.
53 Quod si tale quidpiam abs te fuisset praesumendum, eos illa benignitate existimo,
54 quod nunquam sint postulaturi meum officium. At qua tecum vixerim modestia,
55 velim te vel ex prioribus tuis praeceptoribus aestimare." Ille: „Quid priores
56, 57 praeceptores! Sein Schelm vnd vngeschikte Baechanten gewest. Haben selbs
58 nichts kundt. Hett ich flux von anfangk rechtschaffne Praeceptor gehabt, es solle
59 jeczo wol anders umb mich sehen, dan es sehet." // Hinc addidit, quod illum 152v
videbatur potissimum mordere: „Si quando tibi cupio colloqui, me recusas, cum
Zdencoslao colloquii tibi semper suppetit otium, ac si esset ille insignis quispiam."
60 Ego: „Scio satis, qui sit atque eius doctrinam et sapientiam habeo iamdiu ex-
61 haustam. Sed oportet me colloqui iis, quos habeo, dum desint alii, si non cum ali-
62 quo doctrinae profectu, vel relaxandi animi gratia. Tu si mihi colloquaris, per-
63 petuo ad aliquam indignationem irritas. At unde mihi sit animi tantum, ut suf-
64 ficiam ad totidem divexationes? Equidem ad te liber accessi, nunc ne servus quidem
abs te recedere possum, ita prorsus omni exuor animo."
65, 66 V. Oculi. Chartusianorum vidimus vicinum templum, ubi in ambitu vidimus
67 descriptam historiam Brunonis, qui fuit primus autor eiusdem ordinis. Nimirum
post mortuum quendam excellentis nominis doctorem, qui e feretro // ter locutus 153r
ad illam collectam, ut vocant, 'Responde mihi', primum: Iusto iudicio Dei accu-
68, 69 satus sum. Secundo: Iusto iudicio Dei iudicatus sum. Tertio: Iusto iudicio con-
70 demnatus sum. Quare eius cadaver in loco irreligioso abiectum est, ubi postea
71 enata est sambucus et carduus. Hac re motus Bruno suasit eremum, viae sibi
ascivit sex comites atque in ipsa profectione admonitus in somniis a tribus angelis
de certo loco condendae ecclesiae venit ad episcopum Hugonem, cuius auspiciis
72 ecclesiae fundamina iecit et ordinem instituit. In quo dies silentii habent Lunae,
73, 74 Veneris, Mercurii et Saturni. Piscibus perpetuo vescuntur. Sunt numero quasi
75 sexaginta. Est autem apud Parisienses chartusia, quam exponunt Dei mansionem,
76 longe amplissima et celeberrima, reditibus multis aucta. Recens quidam aeger

61 colloqui **p** colloquii
63 ad totidem **p** at totidem
71 *ante* viae **p** *del.* in

77 decumbens miserat ad Chartusianos petens haustum boni vini. Quem cum prior
recusasset, misit in alterum monasterium, inde cum mitteretur, statim iussit fieri
instrumentum // de bonis ad illud monasterium legatis, quorum sint reditus 300 153v
francorum annuorum.
78 Cum essemus ex monasterio domum reversi, Iulius admodum pugnis caedebat
79 puerum Bohemum, ut non nisi cruentum primum a se dimitteret. Quare cum
adesset in ministerio prandii, coepit causas Iulius recitare et Zdencoslaum ignaviae
insimulare, qui cum respondisset se alias excludi ab eius habitatione, ad quae Iulius:
80 „Klamate." Ego indignabundus conversus ad praeceptorem: „Czo mieli ste take
81 prwe discipula, ktery by was tak byl cztil?" Ad haec Iulius: „Na traupy slussi
82 kraupy, negny won mim mistrem, sam nicz nevmi." Cuius sermone ego prorsus
exarmabar.
83, 84 A prandio statim surrexi a mensa et egressus sum in hortum. Iulius me secutus
et statim suam telam orsus: Cur nam ego patrociner Zdencoslao, quem ipsemet
85 sciam esse hominem rudem et ignavum. Ego nihil praeterea: „Vel hodie sit dies
86 quietis. Ego sum // ita attonita valetudine, ut metuam aliquod magnum malum. 154r
87 Quae tibi erit iocunditas, si mihi sis autor alicuius calamitatis, quae me in longin-
88 quam coniiciat calamitatem?" Sic ab eo recessi et in habitationem ascendi, toto
89 corpore tremebundus. Iussi adferri vinum, quod ingentis essem sitis, et panem.
90 Sumto haustu memet in lectum proieci.
91 Interea N. Maignan cum duobus adhuc aliis advocatis accessit visitans Iulium,
qui cum collusissent, misit ad me Iulius pro pecunia in vinum.
92 Sub vesperum ego surgens de lecto descendi in hortum, ibi cum esset pluvia
93 et ventus, in culinam discessi, hinc in coenaculum. Accessit Iulius rogans, ut sim
bono animo, se mihi pro virili parsurum neque unquam irritaturum ad iram, se
94 habiturum adhuc sequentem annum tanquam tempus captivitatis. „Yako bych
95, 96 w wiezenym byl." Ego: "Sic ex animo parebis?" Ille correxit: „Non quod
97 nolim oboedire, sed quod me ipsum ita sim coarctaturus. Iuvenis sum et saepe //
98 temeritate adversus te optime meritum delinquo. Dabit Deus, ut adhuc annum 154v
99 quietem simul exigamus. Mihi equidem pareret perpetuum dolorem, si mihi
per aliquam contentionem esses derelinquendus, cum semper de me fueris optime
100 meritus." Ad quae ego: „Feci, quod potui, et quoties exigis, quae te decent,
101 mandati loco habeas. Sed ut faciam ea, quae expressae voluntati tuorum paren-
102 tum repugnant, nunquam me adiges. Ab illis enim pretium habeo, illis potissi-
mum servio."
103, 104 VI. Hoc die a prandio venit in nostras aedes bibo comes a Waldek. Accepta
105 una pinta vini. Hinc rogabat secum Iulium ad dimidiatam tantummodo horam
106 [secum] expatiari. Iulius fuit dimissus, ita ut illum Zdencoslaus eques comi-
107 taretur. Deflexit autem in aedes quaspiam comes a Waldek, ubi habebat con-
ductas et meritorias meretrices, Zdencoslaum // subinde stimulavit, nunc ut 155r
108 biberet, nunc ut scortillo colluderet. Iulium a sese dimittere penitus recusavit.
109 Quare miserat puerum Kwarkium petitum veniam, quod ubi factum, coenam sum-
110 simus. Sed praedicebam, cum discederet, statim hoc futurum, quantum Iulius

*Fol. 154r in marg.:* Un czapin du vin.
90 haustu **p** hausto
*Fol. 154v in marg.:* Una pinta vini.
99 esses **p** esse
100 *ante* te **p** *del.* de

111 deponeret iuratam animam. Est enim Baccho tantum sacer hicipse comes a
Waldek.
112 Hospita in coena admodum conquesta fuit de pervicacia Iulii, qui eam crepida in
facie foedaverat, cum magna expostulatione et exprobratione relata ad priores
113 dominos commensales. Ego nihil aliud: „Praedixi tibi eum esse nimis robustum
114 pro iocis tecum miscendis. Quod si praeter occasionem hoc designasset, redar-
115 guerem eum iustius." Illa: „Apparet tuam autoritatem non penitus esse apud eum
116 integram." Ego: „Procerior est et robustior, quam ut severa disciplina posset
117, 118 cohiberi. Ante fuit modestior." Sic finis.
119 VII. Mane circiter horam octavam cum Zdencoslao et puero Kwarkio rever-
sus est Iulius // absentiae veniam et indulgentiam precatus, de morositate comitis 155v
120 a Waldek conquestus. Ex intervallo iterum impetuose rogavit abitionem, quam ego
constanter abnegavi.
121, 122 Venit Fridericus Schwarcz et circa tempus prandii discessit. Interim cum
123 pueris repetivi dialogos Vivis. A prandio cum Zdencoslao in urbem expatiatus
124 sum ad lectionem. Sub vesperum iterum Iulius rogavit abitionem.
125 VIII. Cum ientaremus, hospita per famulam Margaritam rogavit, ut absoluto
126 ientaculo ad se descenderem. Ientaculo finito misi puerum Kwarkium significare,
127 quod non possim illi pro necessitate colloqui propter inopiam linguae. Illud valde
aegre tulit addens me posse alias intelligere, cum vellem, neque illud esse tam
prolixum, ut non possit intelligi. //
128 A prandio Iulius admodum rogavit sibi dari unum testile pro coemendis 156r
129 chirotecis. Cum interrogaret, quid respondeat de suffarcinatis caligis, ipse praeve-
niendo dixit: „Dicam: Cum rex faveat nobis Germanis libertatem in religione,
130 existimo nos quoque non obligari hoc edicto de caligis." Reprehendi eum: „Quid
opus est de religione profiteri, nisi velis de te fieri diligentiorem inquisitionem.
131 Responde tibi non constitisse de edicto et esse peregrinum, quaere edicti veram
sententiam et explicationem."
132, 133, 134 Domum reversus cum Iulio syntaxin repetii. In coena adfuit pictor. Ubi Iulius
etiam hoc temerarie nulla data causa dixit: Se in nullo adhuc fuisse templo toto
hoc tempore, quo viveret Parisiis, et cum hoc corrigeret propter meam inter-
135 pellationem, addidit: audiendae missae gratia. Inprovidum hoc est et praeter
136 necessitatem. Pictor in nostris aedibus pernoctavit. //
137 IX. Misit ad me hospes Zdencoslaum cupiens mihi colloqui, quare assumto 156v
Zdencoslao illum adii, ubi hospes, in praesentia hospitae iussus proloqui, anti-
quum canebat eam esse omnium rerum caritatem, ut nos pacto pretio alere non pos-
138 sit. Verum ea vicissim se futurum facilitate, ut rebus, quod speret, feliciter in
139 melius conmutatis, stet pristino pacto. Hoc se igitur etiam invitum nobis signi-
ficare, quod minus quadringentis coronatis nos alere non possit.
140 Loquebar pleraque de meo officio et praecipue hoc addebam me a biennio
inservire domino comiti, hoc autem potissimum metuere, ne aliquid sinistri vel
negligentiae vel infidelitatis nomine de me suspicetur illustris dominus comes, quod
141 passus sum fieri eam auctionem impensarum. At cum prorsus nollet alio pretio
contentari, ego et Zdencoslaus praecedente inter nos consensu Iulii comitis // in 157r

115 *ante* Illa p *del.* Illius
131 quaere p quaerere
134 *ante* toto p *del.* quo

pretium 400 coronatorum annuorum consensimus ea condicione, ut ille quoque
facilem se praebeat, si in extraordinariis se obtulerint aliqui sumtus et ut de puero-
142 rum mensa diligens habeatur ratio. „Quod ad pretium attinet, dabuntur vobis
143 iterum viginti coronati." Hinc ubi in conclave ascendi, per Zdencoslaum et puerum
Kwarkium misi viginti coronatos et iussi extraordinariorum annotationem mihi
mitti, quam bene praecisam ad me attulit Zdencoslaus.

144, 145 Iulius iterum abituriebat. Tandem dixi me consentire, ut ille Gallus Franciscus
146 nobis cohabitet, siquidem ex animo sit solicitus de lingua Gallica. Hinc ille statim
instare, ut scriberem in arcem Fontis bellae aquae, alias principem cum rege brevi
147 discessurum ex aula. Ita ille non est solicitus et solicitos praeter vexare vix quid-
148 quam novit. Puerum Kwarkium indigne compellavit atque penitus exegit, ut in
aliquod collegium detruderetur.

149, 150 Ecce alia nova, quae utinam sint novissima! Quidam adolescens leno venit
151 in // nostras aedes, dum accumberemus mensae in prandio. Iulius rubore suf- 157v
152 fundi, hospita et reliqua familia subridere. Surgebam a mensa et quid vellet
153 interrogabam, ille se comitem desiderare. Ego, quo nomine, ille iussit me ad
154 se redire. Quod cum referrem in mensa, valde dissimulavit et iussit significari, ut
155 discedat vel baculo hinc expelletur. Hinc petiit sibi emi calceos, quare ubi ex
lectione reversus sum, Zdencoslaus ad sutorem abiit, qui attulit calceos in nostram
156 domum. Quam primum esset indutus novis, statim priores necnon holosericeos
157 puero domus nobis insalutatis dedit. Ne repetitioni syntaxeos interesset, obnixe
158 et propter Deum rogavit, se collocuturum pictori. Sed cum abesset pictor, totum
illud tempus otio transegit. //

159, 160 X. Mane post praelectionem machropaeus attulit gladium. Ut Iulius eum 158r
videret, eius amore ita statim exarsit, ut non desineret toto die nunc ipse, nunc
per literas orare, ut sibi mutuum darem quatuor coronatos pro coemendo gladio,
161 in cuius laudibus fuit effusissimus. Ego ei rescripsi primum admonens eum officii,
hinc significans me mutuum dare non posse, quod nostrum penu esset angustum,
162 mea vero pecunia prorsus nulla. Unde ille redactus ad magnam impatientiam,
163 ut nec mihi nec suae fortunae parceret, sed utrumque aeque accusaret. Hinc se
ad Zdencoslaum convertit, sed nec ibi, quod voluit, obtinebat, et longe remissius
apud eum egit quam apud me.

164 Post horam quartam praeceptor principis Margaretae misit ex collegio Migno-
nensi collegam salutatum comitem, simul offerens suum officium, siquid sit, quod
Iulius cupiat in aulam nuntiare. //

165 A coena scripsi has literas easque Zdencoslao praelegi et reddidi: Meine freund- 158v
166 liche ganczwillige dienst bewer, erbarer Francz von Schönfeldt! Nimpt den hern
Graffen, desgleichem vns alle ser wunder, das seiner Gnaden abgesante so lange
167 Zeit nicht ankomen. Da aber mit euch beredung geschehen von wegen eures Dien-
stes, hat Graff Iulius alzeit eurer person zwm besten gedacht vnd endtlich, neben
168 mir, beschlossen, euch ferner in vngewis nicht auffzuhalten. Nennet euch dar-
wegen hiemit den zehenden Aprilis zwm Anfangk, darauff ir werdt mögen anstehen
169 zw einem ehrlichen vnd muglichen Dienst. Doch damit ir euch mitterzeit iergendts
in der nahen auffhaltet vmb euch auffs zw erfragen vnd fordern, ob ir, wie wir
dan söliches vom herzen begeren vnd taglich gewartig sein, meines gnädigen

147 solicitos **p** *corr. ex* solicitantem
160 *ante* nunc **p** *del.* per

Herrn ab//gesandte Diener ankomen, ich hab fast grosse hoffnung, euch werde 159r
des diensts nicht gereuen, wie ir dan aus meiner offtgeschehenen vnterred zw
170 erachten. Mein person anlangend, bin ich euch zw dienen alzeit gancz willig
171, 172 bereidt. Thu euch hiemit Gott befohlen. Bitt wollet hern capitain Paul von meinet-
173 wegen, sonderlich aber des herrn Graffen auffs freundlichste grwssen. Geben
174 eilend zw Paris den 10. Martii anno 1564. Propria manu Simon Proxenus von
175 Sudet. Dem edlen vnd erbaren Francz Wolff von Schönfeld, jetzo zw Fonten-
nebleau, meinem gunstig guttem Freund. //

176 XI. Literas per puerum Kwarkium misi ad praeceptorem principis Mar- 159v
177 garetae, qui nuntiabat se venturum ad ientaculum. Non longe post ipse venit
178 cum suo tractu. Praeceptor parabat vippam vinariam, hinc addita ova, haleces
179 et carpio. Iulius ei dedit librum precationum Germanicarum, quem se suae principi
180 oblaturum promisit. Sumto ientaculo discesserunt.

181 A prandio inviserat Hubertus Iulium, a quo fuit invitatus ad prandium diei
182, 183 sequentis. Lusum est pro lampreta, amisit Iulius cum hospite. Hoc vespere mac-
tatus est vitulus, cuius erat pretium septem francorum.

184, 185 XII. Laetare. In prandio adfuit Hubertus, cum quo multa de variis rebus
186, 187 contulimus. Hoc die coepit Iulius depingi. Ego ingressus urbem visitavi Nico-
laum Maignan, hinc domum reversus sum.

188 XIII. Iulius iterum vehementer rogavit habere // pecuniam pro emendo 160r
189 gladio. Ego ubi intellexissem machropaeum fuisse conductum ad parandum
gladium ipseque Iulius non faceret finem obtestationum, dedi eidem tres coronatos
190 cum dimidio et insuper quinque solidos. Sartori dedi unum testile pro praecep-
toris pallio.

191 Heri allatae sunt literae a Francisco Schönfeld, quibus significavit se impetrasse
dimissionem a suo principe, rogare itaque, ut sciret, quo die debeat adire suam
servitutem.

192 Iohannes Thomassi cum eques venisset ad nostras aedes, interrogavit, an vene-
193 rint equites domini, esse nunc convenientem societatem pro comitatu. Hinc dixit,
siquid sit opus, ut ad diem Mercurii se convenirem.

194 Iuvenis, qui attulit literas a Francisco, cum comite in horto spatiatus est, hinc
illi est praebitus haustus. //

195, 196 14. Ego et praeceptor picti sumus. Leno adolescens, cum venisset in nostras 160v
aedes, ut colloqueretur Iulio, vapulatur ab hortulano et reliqua familia.

197 A prandio venit quidam canonicus s. Dionysii salutatum dominum comitem.
198, 199 Illi praebitus est haustus et morsus panis. Hinc urbem ingressus veni ad Iacobum
Welsen, in quem incidi admodum turbatum, quod iam familia eum revocaret et
200 non esset pecunia. Quare haesi cum eo circiter duas horas, hinc simul egressi
201 urbe visimus aggeres, intra quos Guisius collocabat suum praesidium. Hinc
202 eum mecum duxi ad coenam. Pernoctavit in nostris aedibus in eadem cum prae-
ceptore sponda.

203 XV. Pictori persolvimus duos taleros iunctim, ut unus pro comite cederet,
204 dimidiati pro me et Zdencoslao. Ientavit // nobiscum. 161r

*Fol. 159v in marg.:* Praeceptor principis. Hubertus in prandio.
178 ova **p** oves
*Fol. 160r in marg.:* Pinta vini.
*Fol. 160v in marg.:* Pinta vini cum una simila.

205 A prandio ego et Zdencoslaus ivimus ad factorem Iohannem Thomassi, qui
in nostra praesentia alteri suo collegae commisit nobis dari pecuniam 400 talero-
206 rorum, ubi ministri domini advenerint. Hinc hospitium ad intersigne cygni in-
207 gressi bibimus unam pintam vini. Postea sepulturam vidimus apud Innocentes,
hinc halam, ut vocant, conscendimus, ubi duo eminentia loca sunt erecta, in
quorum altero homines decapitantur, altero in rota circumgirantur bigami et
208 similes. Nam esse bigamum non est capitale in Gallia, sed cum est admodum
severa disciplina, virgis caeduntur.

209 Hinc ad Nicolaum Maignan ventum est, quem ad prandium sequentis diei
210, 211 invitavimus. Lectioni iuris interfuimus. A coena liberalius biberam et colloquebar
hospitibus.

212 XVI. N. Maignan misit puerum, per quem se excusavit, quod non posset
213 interesse prandio. // Statim a prandio ego et Zdencoslaus obtulimus literas 162v
Iohanni Thomassi, quas ego Germanico idiomate scripseram ad illustrem dominum
significans et alias magnas impensas fieri et adolescentem Gallum iam iam acces-
surum, ita ut sit victus saltem pretium futurum 500 coronatorum, me vero rogare,
214 ut habeatur ratio mei et meae petitionis. Item quadam mutatione in familia
215 omnino opus esse. Egressuris aedibus obviavit mercatoris Quinquel famulus,
216 quem sibi in collocutorem ascivit Iulius. In nostra absentia Pauli Zitaviensis
frater advenit.

217 Quamprimum literae redditae Iohanni Thomassi et 16 testonum commuta-
tum esset numisma, Zdencoslaus est iussus domum redire.

218 Scholares in urbe obequitabant, quos ultimus subsecutus est quidam prae-
219, 220 ceptor. Cervisiae bibi unam pintam. // Domum reversus deprehendi utrumque 163r
221 mercatorem nimirum una cum Pauli fratre adhuc haerere cum Iulio. Pauli frater
attulit literas a Francisco Schönfeld, quibus significavit se, ubi prius in suam
domum principem deduxerit, ad 10. Aprilis adfuturum.

222, 223 Misit ad me Iulius puerum Kwark, ut haberet literas legendas. Sed ego re-
224 spondi me dicturum coram, quae essent perscripta. Sciscitatus, an posset eos
retinere in coena, ego prorsus abnui.

225, 226 XVII. Ventus cum grandine. Literae Iulio allatae ab Henrico le Maignien,
227 praeceptore principis Margaretae. Iulius rescripsit lingua Latina, Germanica
228, 229 et Gallica. Literarum scriptione repetitio intermissa. Exempla meorum carmi-
230, 231 num praeceptori misit. A prandio ad locumtenentem literas detuli. Ille mihi
232, 233 haustu vini praebibit. Hinc libellum vacuae papyri Iulio emi. // In reditu vidi 163v
turpitudines amantium cum magna animi mei indignatione et detestatione.
234, 235 In coena voraciter comedebam pisces, quia a prandio abstinueram. Quare noctem
turbulentam et irrequietam habui.

236 XVIII. Post finitam lectionem catechismi Iulius se contulit ad lectionem Iosephi
237 de bello Iudaico. A prandio abstinui propter magnum timorem recidivae et animi
238 angustias, in quas metu morbi incideram. Habebam enim magnos capitis do-
lores, ut iam votum tulerim mori potius, si sic Deo placeat, quam recurrentem
morbum sustinere.

239 Cum a lectione publica domum essem reversus, Iulius lavit caput meque ad
240 eandem lotionem invitavit, sed frustra. Iterum mactatus est vitulus pretio sex

207 loca **p** loco
236 XVIII **p** *corr. ex* XIX

241 francorum. Alium adhuc adferebat Arnoldus hortulanus, in quem sub vesperum
latrones incidentes mortem illi intentabant, // quod cum significaret nobis coe- 164r
nantibus puer Thomas, armati domo ego et Zdencoslaus cum hospite excur-
242 rimus. Habuimus obviam hortulanum, cum quo postquam essemus domum
reversi, significavit se illis unum testile numerasse, ut dimitteretur.
243 Hoc die mane per praeceptorem misi hospitae decem coronatos, ut iam habeat
in numerato pretio quinquaginta coronatos.
244, 245 XIX. Iudica. Dormitionem protraxeram neque antemeridiano tempore aedi-
bus sum egressus, unde corporis vires (Deus adsit mihi etiam in posterum) sensi
nonnihil solidiores.
246, 247 A prandio visitavimus Iacobum Welsen, sed aberat sua habitatione. Hinc
248 dominam de Vaulx salutavimus; inde domum reversi. Hortulanus vindictae
249 cupidus, temerarius et ebrius hospiti se opposuit. Funus ex nostra vicinia ef-
ferebatur.
250, 251 In mensa relatum de turbis apud Rotomagenses. Ibi nimirum per latrunculos,
qui saepenumero sint quinquaginta, fieri nocturnas et diurnas irruptiones, homi-
cidia et direptiones. //
252 20. Cum assideremus prandio, venit tabellio Duacensis postulatum literas. 164v
253, 254 Surrexi a mensa atque scripsi ad I. Ramum et Ramum. Tabellio vero
255 cum pueris in culina pransus est. A prandio dixit se non adeo cito adhuc abi-
256 turum. Quare circiter horam tertiam Zdencoslaus post eum literas tulit, qui cum
abesset sua domo, Adolpho tradidit.
257 Sub vesperum venit Tilemannus, qui Duaco attulit ad me literas per Andream
258 et Hermannum, praeceptorem domini comitis a Salmis, scriptas. Attigit autem
Hermannus sub finem suarum literarum ad se perscriptum esse utrumque, et
imperatorem et filium Maximilianum, amplexos esse confessionem Augustanam
259 et passim per Germaniam admittere communionem sub utraque specie. Faxit
260 clementissimus Deus veram esse vel hanc unicam narrationem! Literae Andreae
261 erant Graece scriptae. // Hinc multa retulit de turbis Duacensibus, duobus 165r
Frisonibus adhuc incarceratis; eos dimittendos iis condicionibus, ut dies 14 pane
262 et aqua tantummodo alantur, hinc supplices fiant magistratui Duacensi. Verum
263 hoc eos recusare et mortem velle oppetere potius. Frisios item Hollandos parare
abitionem, etiam eo nomine, quod spargatur rumor Balduinum non commigra-
264 turum illuc. Iniurias inter baronem et Iohannem Burgundionem, eius ministrum.
265 I. Ramum pessime audire apud Germanos propter neglectam eorundem
266 defensionem. Bremensium negotio imperatorem suas interponere partes, ut ad
triplicationem usque audiantur utriusque partis accusationes et defensiones, per
electorem Marchicum, principem medium Saxoniae et episcopum Bremensem,
et quod si ante Maium controversia non potuerit finiri, ad se de illa tota res
267 deferatur. Hermanni lachrymas propter calumnias Bernhardi Omphalii apud suum
268 parentem doctorem. // Mansit nobiscum in coena Tilemannus atque in nostris 165v
aedibus pernoctavit.

*Fol. 164r in marg.:* Hospitae pecunia.
*Fol. 164v in marg.:* Tabellio Duacensis cum pueris pransus.
253 Ramum **p** *bis idem nomen errore quodam scripsit auctor*
259 *ante* clementissimus **p** *del.* hoc
*Fol. 165v in marg.:* Tilemannus in coena.

269 ⟨21.⟩ Mane post finitum ientaculum discessit ad Iacobum Welsen deducente
270 illum Zdencoslao. A prandio iturus ad lectionem veni in habitationem Iacobi atque
ibi in Fridericum et Adamum necnon Tilemannum incidi, inde praegustato vino
domum reversus sum.
271 XXII. Cum a prandio venirem in auditorium maius, ut postea invitarem P.
Ramum ad prandium sequentis diei, ad quem paranda erat ferina, heri domino
comiti a consiliario Chastilian missa, incidi forte fortuna in Valentinum Nabod,
quem ubi primum adiunxissem, Ramum adiimus eum ad prandium diei sequentis
272, 273 invitaturi, quod et condixit. Hinc mihi et Valentino Nabod collocutus. In reditu
Nabod ad Fridericum, qui erat apud Iacobum, adduxi, ut fieret nobis comes ad
monasterium s. Martini, in // quo Guilielmus Postellus propter suum delirium 166r
274 de Iona tenetur obstrictus. Sed erat temulentior quam ut illuc contingere posset,
275 quare ex ipso itinere reversi sumus. Valentinum mecum in aedes nostras adduxi,
276 ut nobiscum pernoctaret. Inter eundum enim multa commemoravit de Iohanne
de Er, qui nunc commoratur Antverpiae, eum nimirum esse hominem vagum,
277 ingenii mirabilis, multa promittentis, pauca praestantis. Se voluisse illi colloqui
278 de libello per ipsum edito, sed cum indignatione dimissum sese. Hinc de Teisnero,
qui edidit chiromantiam, qui scripturus compendium astrologiae nomen seu
279 titulum fecit Encomium. Fuisse hunc canonicum, bonum musicum et suavem.
280, 281 Navem extruxisse, sed non eius effectus aut artificii, quo promiserat. De qua
cum Caspari Scherzio, regis thesaurario, fuisset collocutus, respondit ei Scherzius:
282 „Habeo aliquot millia pro te, si hoc praestiteris. Interim habe tibi 25 taleros,
sed cave, alios plures deceperis."
283 Fuit autem hic Nabod apud Colonienses successor Iusti Velsii medici et theo- //
logus, quem dicebat apud Londinenses praetendisse quandam apparitionem, ut 166v
284 salutem consequeretur ieiunio. In eandem opinionem pertraxisse una secum ado-
lescentem Gallum, qui paulo post ex nimia inedia in phrenesin lapsus non potuit a
285, 286 Velsio curari. Verum illum se restituisse iactabat Iohannes de Er. Hinc nobiscum
287 fuit in coena, a qua abstinuit ipse comes. Qua finita pernoctavit in nostris aedibus,
288 in lecto domini de Preitenbach. Retuli hospiti P. Ramum esse invitatum ad pran-
dium diei sequentis, velle dominum comitem simul adesse dominum consiliarium.
289 XXIII. Mane ante horam 6 cum Valentino Nabod urbem ingressurus mandavi
290 Zdencoslao, ut meas vices eo die obiret. Me nanque non reversurum ante horam
291 XI, ut mecum adducam Petrum Ramum. Hinc diverti in aedes domini consiliarii
invitatum eum ad prandium. //
292 Mox Raschasii lectionem audivimus, qui librum primum Almagesti Ptolemaei 167r
293, 294 interpretatus est. Post eum P. Ramum docentem de pacibus. Ex cuius lectione
ivimus in monasterium s. Martini, ubi contioni interfuimus, non autem potuimus
Postellum convenire, quod abesset ipse abbas, citra cuius consensum nemo ad
295 eiusdem colloquium admittitur. Inde redeuntes templum divae Virginis ingressi
sumus, ubi in Iohannem Sylvium incidimus, qui ubi paucis esset Nabodo col-
296, 297 locutus, a nobis sese subduxit. Ex templo pallatium conscendimus. Denique
ad Carmelitas divertimus, ubi ambitum vidimus.

270 *ante* vino **p** *del.* fine
283 *ante* Fuit **p** *del.* Est autem
*Fol. 166v in marg.:* V. Nabod in coena.
294 *ante* ubi **p** *del.* Sed

298 Ubi ad Petrum Ramum venimus, excusavit se, quod sic non posset venire
299 propter vitandam multorum suspicionem, se enim mille oculis observari. A festo
paschatos, ubi fuerit libertas comedendi carnes, se saepius venturum iocatum, collo-
300 cutum, rusticatum et quaecunque voluerimus, nobiscum. // Quare in prandio 167v
nobiscum fuerunt dominus consiliarius et Valentinus Nabod, quod nimis oppi-
301 parum hospita instruxerat. A prandio cum Nabod in urbem reversus sum, ut
certior fierem de aliquo hospitio.
302 Quaerebamus Fredericum primum in collegio, hinc apud Iacobum, sed neutrobi
303 erat. Quare in hospitio Ssinkei eum quaesivimus, ubi quamprimum me vidisset doc-
tor Pinzing, me attraxit ad suorum colluviem, ubi coactus bibere bene potus
304 cum Nabod domum reversus sum. Nobis reversis data est portio assae carnis
305 et lucii assi particula, hinc me cubitum contuli. Comes a coena abstinuit.
306 XXIIII. Mane dimissus est Nabod illique iniunxi, ut a prandio ad me rediret
307 necnon mea opera uteretur, quoties vellet. A prandio decubui usque ad horam
2 ex nimia et magna corporis et virium imbecillitate, ita ut me ipse etiam Iulius
rogaret, ne me neglecta diaeta corrumperem.
308, 309 Hinc lectionem adii atque inde cito reversus sum. // Sub horam sextam venit 168r
310 Tilemannus valedictum nobis. Quare Iulius rogavit eum in coena detineri, quod
311 quidem admisi. In coena fui frugalis neque longe post me rursus cubitum contuli.
312, 313 25. Annuntiationis Mariae. Mane rogavit Tilemannus, ut Hermannum Quardt
iuvem in sibi transmittenda pecunia 78 florenorum, hinc nobis valedixit iter faciens
Aureliam, inde vero Biturigas.
314, 315 A ientaculo prorsus abstinui. In prandio fuimus apud dominum consiliarum,
316 ubi simul aderat le chevalier du gée du roy. Erat oppiparum prandium, sed
317, 318 quasi pisculentum. Ego inde admodum lassus domum eram reversus. Circiter
horam 4 invitabatur Iulius per Nicolaum de Baumont, praesidem Silis, con-
venire dominum ducem Monmerancy, sed quia erat lutosa via et distantia longa,
iussit se abnegare per Zdencoslaum, postquam ipse venisset mula vectus in
nostras aedes.
319, 320 Ivi cum Iulio visum bastardum regis Navarrorum. Doctor Balduinus commun-
stravit literas Duacensium ad se scriptas et rationes ostendit, propter quas existi-
met academiam non habituram successus. //
321 In reditu Iulius admodum indignabatur bastardo, quod Germanos mala fama 168v
322, 323 prosciderit. Unde nisi placatus ad coenam venit. Post coenam venit iuvenis a
Rokendorfio missus adferens literas a Rokendorfio, quibus Iulium ad se invitarat.
324, 325 Iuvenis hic infectus erat morbo Gallico. In cubiculo Iulii de pasteta comedit et
bibit, hinc cubitum secessit.
326, 327 26. Palmarum. Praeses Nicolaus Slorensis misit equum in nostras aedes,
quo delatus est in arcem regiam visum Franciscum Monmerancy, mareschalcum
328 et praefectum Parisiensem. Venimus in arcem, sed aberat in missa dominus mare-
329 schalcus. Eum in arce sumus praestolati, donec rediret ex missa templi s. Thomae.
330 Interim Nicolaus praesidens mihi collocutus ordine narravit seriem belli
civilis: Guisianos studio egisse, ut suam neptem nuptum locarent delphinati,

*Fol. 167v in marg.:* Consiliarius et Nabod in prandio. Nabod mecum coenatus in mea habitatione.
300 prandio **p** *corr. ex* coena
301 fierem **p** fieret
*Fol. 168v in marg.:* Iuvenis in nostris aedibus pernoctavit.

331 qui solet // esse primogenitus regis Galliae. Connestabilem infeliciter pugnasse 169r
adversus Hispaniarum regem atque propterea fuisse in quandam arcem quasi rele-
332 gatum, ut Guisiaci melius praeessent suae technae. Libellum fuisse editum, in quo
familia Guisianorum deducebatur a Lothareno, quodam rege Galliae, qui vi cuius-
dam Hugonis Capeti a regno esset deiectus, ut inde haberent quasi occasionem
iuste vindicandi iniuste eiectum.
333 Iam fuisse theatra exaedificata, in quibus erat decollandus princeps Condaeus
334 et quidam alii. Sed triduo ante mortuum regem Franciscum, cui deerant usitata
hominum per nares, os, aures excrementa, ut omnibus constaret eum non sine
335 suspicione veneni mortuum esse. Connestabilem summum evasisse propria vir-
tute, idque tunc potissimum, quando ad Avernones exigua manu exercitum in-
336 gentem imperatoris profligasset. Regem Franciscum illi obtulisse gladium his
337 verbis: „Utere, dum deliquero, adversus me." Hinc omnes provincias flexis genubus
eum salutasse connestabilem, // quae dignitas est summa post regem in Galliis. 169v
338 Ducem Guisiacum habuisse sibi iuratis verbis obligatum magistratum septem
parlamentorum, ut facerent, quae ille praeciperet.
339 Post defunctum Franciscum II. parlamentum Parisiense publica sententia decla-
ravit principem Condaeum innocentem atque ita est dimissus.
340 Apud Hispanos esse usitatum, ut fierent magni honores suo regi, quare strenuum
virum comitem Egmundanum, cum apud Gramielinam coepisset duos summos du-
ces, connestabilem et mareschalcum Termaeum, et postea rex Philippus rogaret,
quodnam desideraret praemii, hoc postulasse, ut sibi suisque posthac liceret astare
aperto capite.
341 Fuit autem ille mareschalcus Termaeus, qui sua virtute crevit ad illas summas
342 dignitates. Cum in duello vinceret, rex praefecit eum Corsicae, inde mareschal-
cus // constitutus, quorum quatuor summam dignitatem obtinent in regno Galliae, 170r
343 sed ita, ut qui connestabilis est, habeat eam dignitatem sibi annexam. Neque
semper esse connestabiles, saepe per 20 et amplius annos, quia eius est nimis
344, 345 magna potestas. Dici mareschalcos etiam, qui praesunt aux les forierers. Hinc
346 rei equestri, ad quem etiam mittuntur equi laesi in aula. De dignitatibus regni
347 Gallici scripsit quidam Arpalus libellum. Souverain office vocatur, quod non
habet comparem in ulla parte aut provincia regni Gallici, ut connestabilis, cancel-
larii et mareschalcones.
348, 349 Filiam illegitimam regis Henrici duxit Franciscus Monmerancy invitus. Ludo-
vicum Undecimum dixisse excommunicationem pontificis appellari fulmina,
sed fulminibus non omnes terreri, nedum feriri.
350 Aeneam Sylvium dixisse posse conponi religionem vino et feminis, id est com-
munione sub utraque et coniugio sacerdotum. //
351 Usitatum esse computum apud computatores quotidie cognoscibilem, reditus 170v
regis Francorum esse 18 tonnarum auri, Anglorum dicitur esse 300 000 corona-
352 torum, Scotiae regis 200 000. Regem isto recenti edicto, quo ex singulis libris
singulos solidos exigit, tantum colligere, quantum est reditus utriusque illius
regni.
353 Fuit Francisco regi aemulatio cum magnificentia Caroli V., ut diceret: „Quid
354 emit ille parvus rex Hispaniarum? Si ille exposuit centum millia, ego audebo

334 *ante* cui **p** *del.* qui / non sine **p** sine
338 Guisiacum **p** Guisiacem

exponere decies centena millia." Illum nihilominus post extremam largitionem
inhumatum reliquisse magnam summam pecuniae, in debitis sane.
356, 357 Bolona est in litore maris Ixioni, ignota Iulio Caesari. In arce comitis de Die-
riazartin esse aedificatas imagines omnium quatuor monarchiarum et omnes partes
aedificii ita arte factas, ut // nec hyemis asperitas nec aestatis calor esset nimium 171r
intempestus. Hunc comitem, etiam cum decumberet, disputasse, quae possent ad-
359 huc melius aedificari. Regem Franciscum dixisse hanc esse regiam a l'honer, esse
aulicorum saltem aulam.
360 Diana de Francia, filia regis Henrici, prius erat nupta Italo, nunc filio Mon-
361 merancy connestabilis. Illa interrogata a Francisco rege, cuius esset filia, res-
pondit: „Tua. Vos estres mon grandper." Ibi ille victus respondit: „Je suis, ma
364 amie." Henricus dedit sex millia librarum reditus pro dote dicto Monmerancy.
365 Usque adeo eam amabat et nihil est, quod eum aeque referat.
Peracto prandio visimus habitationes arcis, quarum praecipuae sunt regiae,
367 propter toreumata potissimum. Tapetum est ingens elegantia, ex variis fabulis
368, 369 et picturis. Inde ad hortos reginae sumus expatiati, sed non intromissi. // In 171v
coena fuit idem praeses. Ubi cum de magistratibus Galliae mecum egisset, se
librum de magistratibus Lupati ad me missurum promisit.
371 27. Iulius iterum petiit discedere Parisiis, sed respondi me hoc non posse
facere propter mandatum generosi domini patris.
28. Sunt allatae literae a capitaneo Paulo, quibus significatur desiderium princi-
373 pis Margarethae, ut illuc veniat. Instigabat illuc abire Iulius, sed solito segnius,
374 quia non erat vestitus satis bene. Quare rescripsit literas, inter reliqua addidit,
ut Schönfeldt tempestive post solemnes ferias paschatos adesset.
375 Heri sub vesperum dominus a Schaumburgk cum Huberto et adhuc alio tertio
adfuit compellaturus Iulium, sed quia erat hora coenae, abnegavimus Iulium. //
Hoc die reversus sum ex lectione et statim incidi in stranguriam, quae con- 172r
tinuam irritationem mingendi producebat usque ad horam duodecimam noctis
cum magna indignatione et afflictione.
377, Schwarcz venit ad coenam, cui cum Iulio et praeceptore interfuit. Ego propter
morbum interesse non potui.
29. Post horam VI sumsi haustum purgativum, sed per vomitum reddidi,
380 habui nihilominus ternas sedes. Hospes interpellavit de pecunia per Zdencoslaum
381, aliquoties. Toto die me in habitatione mea continui. Meae caligae refectae.
A prandio venit Wolff et Adamus.
384, 30. Hospes iterum interpellavit de pecunia. Iussus conscribere rationes nun-
tiavit per Zdencoslaum esse reliquum a priori scheda 3 francos et 6 solidos. //
386 Hinc adii eum cum Zdencoslao et significavi abesse nostrum mercatorem in 172v
mercatu Francfordensi, sed sperare eius reditum ad proximam dominicam Quasi-
modogeniti. „Si" (inquam) „potes pauco contentari, dabo tibi sex aut quinque
388, 389 coronatos." Ille: „Da, quod voles, ego reliquum supplebo." Quare illi per Zden-
coslaum misi quinque coronatos.
Hora tertia fuimus apud Chartusianos atque ad bibitionem venimus negligentes
pedum lotionem. Hinc ad fratrem N. in litera H. divertimus, qui nobis multa

*Fol. 171v in marg.:* Praeses in coena.
*Fol. 172r in marg.:* Frid. Schwarcz in coena.

392 retulit de ordine eius monasterii. Ab eo digressi monasterium lustravimus.
393 Domum reversi incidimus in Nicolaum Maignan, quem invitabamus ad coenam,
394 sed quia hospita aberat, incoenatus discessit. Nos quoque expectavimus usque ad horam 7, hinc dedi puero Kwarkio pro vino et sic coenae assedimus, paulo post venit hospita. Hospes se apud Balduinum continuit et post coenam primum domum reversus est. //

6. XXXI. Hoc die discessit praeses Siliensis. Apud funigeros vidimus clinodia 173r
398 exposita et mendicationes. Hinc in arce salutavi crucem, quam dicitur Ludovicus I.,
399 rex Hierosolymus, redemisse 10 000 francorum. Simul partem spongiae, qua
400 Salvator dicitur potatus in cruce. Retulit hospes canonicis singulis cedere 60
401 francos ex oblatione, quam faciunt osculantes eam crucem. Habent autem geminam crucem, alteram maiorem, alteram minorem, in templo s. Ludovici in parlamento.

402 Ad divam Virginem nihil erat ornatus vel caeremoniarum, nisi quod omnia pur-
403 garentur pro imminentibus diebus festis. Iulius mane misit literas ad Rokendorfium de commendatione fratris Wolfii scriptas.

1, 405 Ecce iterum finis tertii mensis. Oro aeternum Deum, ut in posterum quoque clementer nos regat et adiuvet atque depositionem praesentis provinciae clementer
406 acceleret. Amen. //

## ⟨X.⟩

1 Aprilis. 173v

⟨1.⟩ Hoc die discessit praeses Sylienlectarius, priusquam venirem in eius aedes.
3 A prandio ego et Zdencoslaus cum puero Bohemo prodiimus ad barbitonsorem
4 et hic primum mea barba passa est imminutionem. Domum reversi incidimus in Iulium querulum de morbo, quem Galli vocant la chane pisse. Quare accersitus fuit barbitonsor, qui cum puer veniret, tum ipse eum deduxi ad eiusdem
6 pueri dominum, qui se posse hoc curare mihi interroganti adfirmavit. Quare dati
8 ei arrhae nomine 15 solidi. Iulius coepit bibere de albo vino. A coena capita lavimus.

10, 11 ⟨2.⟩ Pascha. Mane sumsit Iulius haustum sibi a chirurgo propinatum. In
12 urbe de gladiis ego et Zdencoslaus // fuimus compellati. Fuitque omnibus 174r
his feriatis diebus diligens custodia per totam Parisiensem urbem constituta.
13 A prandio domi nos continuimus hilares nobismetipsis.

14 3. A prandio Adolphus bibliopola ad nos venit, cum quo exhausimus 3 pintas
15 vini, postquam conis certassemus in horto. Ad coenam venit Fridericus Schwarcz, qui ostendebat aliquot articulos novitatum, inter quos etiam Maximilianus apostaseos insimulabatur.

16, 17 4. Prolixe dormivi, quod heri liberalius bibissem. A prandio iveram ad mercatorem, cui significavi nos non optare pecuniam, priusquam bibliopolae Franc-
18 forto fuerint reversi. Tunc nos petere bonos coronatos. //
19 Domum reversus sensi lassitudinem ex nimio aestu, qui hoc die primum suas 174v
exerebat vires solito inclementius. In coena fuit nobiscum coniunx doctoris Balduini, femina praeter decorum garrula et sapiens, quia hoc ipso die Balduinus
21 cum filio noto regis Navarrae discesserat. Ante et post coenam Iulius graviter

*Fol. 174r in marg.:* 3 pintae vini. Fridericus in coena, eius famulus cum pueris.

mecum expostulabat de mea austeritate et inhumanitate attestando multum
suam erga me animi inclinationem, studium et benevolentiam.
22 V. Fuimus in palatio, ubi praecipuorum iudiciorum loca nobis hospes com-
23, 24 monstravit. Vidimus aliquot duci in carceres propter suffartas caligas. Item
25, 26 captivos. Caput Ludovici Pii pretio quinquaginta milium coronatorum. Locum,
27 in quo asservantur clavus et pars crucis nostri Salvatoris, de quo supra. // In 175r
palatio cervum, quem Carolus Septimus cepit in venatione cum inscriptione
monilis: Hoc me caesar donavit et multa alia.
28 ⟨6.⟩ A prandio Hubertus adduxerat secum Portanum, filium praesidentis
29 Britanniae, qui in aliquot locis Germaniae leges civiles docuerat. Aberat famula
30 domo, unde non potuit illis tempestive haustus praesentari. Praeceptor paraverat
31 lactucam, sed illi prius abiverant. Zdencoslao pro emendo pugione dedi unum
testile.
32, 33 VII. Abstinui a coena. In prandio erat quidam, qui referebat mores Italorum,
cum quibus vixerat per annum Romae in familia cardinalis Bertrandi, qui erat
in Gallia a rege Henrico in gratiam ducissae de Valentinois suffectus in locum
34 cancellarii Francisci Olivarii, sed sub nomine le garde de cheaulx du roy. Post
35 mortem Henrici fuit revocatus // Olivarius. Cancellarius decessit Romam atque 175v
ibi finivit vitam.
36 VIII. Ientaculum sumens abstinui a prandio, eo peracto ingressus sum urbem,
37 ut compellarem adhuc mercatorem. Diverti simul ad cerevisiariam officinam,
38 redii domum nonnihil aggravatus bibitione cerevisiae. Cum coenassem in meo
conclavi, contuli me cubitum.
39, 40 IX. Quasimodogeniti. Protraxi dormitionem eramque admodum infirma
41, 42 valetudine. Iulius adduxit secum consiliarium de Chastellet ad prandium. Eum
43 deduximus in suum praedium, quod habet extra urbem. In itinere incidimus in
tres nobiles, quorum unus, le Most, compellavit dominum consiliarium atque
44 fuit ibi res composita. In coena fuimus apud dominum consiliarium, ad quem
uterque hospes nostram coenam iussit adferri. //
45, 46 X. Iulius protraxit dormitionem. Absolvi praelectionem regularum iuris. 176r
47, 48 A prandio Iulius ingressus est urbem cum Zdencoslao. Interfuimus lectioni
49, 50 Lambini. Hinc ad Hubertum sumus digressi. Vidimus officinam typographicam
51, 52 Wechelii. Dominus ab Scholenburgk Iulio collocutus est. Desiit cura chirurgi,
quam impendit Iulio comiti.
53, 54 XI. Circiter horam prandii venit Franciscus Schönfeld. Pransus nobiscum.
55 A prandio in praesentia Iulii ei sum locutus, ut interim haereret nobiscum
moresque suos componeret ad utilitatem domini comitis, dum venirent ministri
generosi et illustris domini, tunc fore, ut de suo officio ex integro sit certus.
